161/ 2.

IOANNIS IANDVNI PHYLOSOPHI PERIPATETICI QVAESTIONES IN LIBROS DE COELO ET MVNDO ARISTOTELIS STAGIRITAE, NVPER EMENDATISSIME LVCVBRATAE.



AMBRACIVS DE ALIS APVlus Grauinas Artium & medicinae Doctor, Naturalemq; Philosophiam Patauij ordinarie legens summa cum diligentia emendauit atq; omni errore expurgauit.

Cum duplici Indice.





PATAVII
Iacobus Fabrianus Excudebat.
M D L.
Cum priuilegio de Llustrissimo Senato Veneto, per anni X.

A

QVÆSTIONES SVPER LIBROS COELI ET MVNDI ARISOTELIS, MAGISTRI IOANNIS IANDONI VIRI PERSPICACISSIMI. INCIPIVNT FAELICISSIME.

PROLOGVS.



B Tholomeus scribit in principio centiloquij sic. Mundanorum ad hoc & ad illud mutatio ex uirtute seu mutatione corporum cœlestiũ procedit, rerũq; naturas rimari uolentem opz primo corpora cœlestia speculari. In hac propositiõe corpus cœleste: cuius scientiam quærimus: describitur duobus modis et scientia eius redditur commendabilis. Primo ex communi contemplatione respectu causelitatis corporum cœlestiũ ad ea, quæ sunt hic. & hoc tangitur cũ dicitur. Mundanorum ad hoc & ad illud mutatio ex uirtute seu mutatione corporum cœlestium procedit. Secundo commẽdatur ex prioritate speculationis corporum cœlestium: & hoc tangitur cum subditur. Rerumq; causas rimari uolentem opz prima corpora cœlestia speculari. Ratio primi est. quia mundanorũ ad hoc & ad illud &c. ab illis procedit a quibus totus mundus inferior gubernatur. Quia gubernatio alicuius rei gubernatæ a C gubernante procedit. sed totus mundus inferior gubernatur a Cap.8. corpore cœlesti. per Arist. in primo metheo. ubi dicit. Est igitur mundus iste inferior contiguus lationibus superioribus: ut omnis uirtus eius inde gubernetur. Præterea mutatio sempiterna debet esse causa mutationis nouæ & generabilis, sed mutatio horũ inferiorum est generabilis & noua: si mutatio cœlestis est eterna: ideo &c. Maior uidetur nota. quia rationabilius est, q perpetuum secundum aliquem modum sit causa generabilium quàm T.c.55. econuerso. ut pz 2. de generatiõe. quia si debet esse ordo inter motum perpetuum & nouum: tunc opz q unus sit causa alterius, aliter ordo esset incõnexus. ergo magis perpetuum in motu est causa generabilis in motu quàm econuerso: & minor pz. Vnde notãdũ. circa hoc, q motus cœli secundũ totum est perpetuus: sed secundum particulares reuolutiones non: sed corrumpitur, ut hesterna reuolutio & hodierna: & secundum istum modum T.c.32. corpus cœleste ẽ causa mutatiõis inferiorum: Ratio scdi ẽ, quia T.c.3. cum sint diuersi modi causarum. ut pz 2. phy. & 5. meta. quia D quædam est communis & quædam propria. et quædam in actu, & quædam in potẽtia. &c. tũc ordo doctrinæ ẽ primo ex cognitione causarum communium & remotarum ad proprias ut dicit Cõ.1. Commen. primo phy. & resumit in secũdo. unde dicit q doctri-Cõ.27. na ordinatur in scientiam a cognitione causarum remotarum ad causas minus remotas usquequo perueniatur ad proprias et magis propinquas sed corpora cœlestia sunt causæ communes & remotæ respectu inferiorum. ideo &c. Circa quod sciendum, q E duplices sunt causæ remotæ. quædam abstractæ omnino a mate- Cã remota duplex ria & motu, ut substantiæ separatæ. aliæ sunt causæ remotæ, quæ sunt in materia sensibili, & habent accidentia sensibilia ut corpora cœlestia. Modo propositio. Cõmen. non est intelligenda de causis remotis omnino abstractis, quia istæ non cognoscuntur nisi per sensibilia. ut dicit Commen. 7. met. & 12. sed est intelli- T.c.59. genda propositio de causis remotis in materia, & quæ habent T.c.43. motum: & ab illis est incipiendum in doctrina.

De natura scientia ferè plurima uidetur circa corpora & magnitudines: & horum existẽs passiones & motus. Textu. cõ.1. Questio. 1.



Consequenter circa istum librum. primo potest quæri de quibusdam communibus: & postea F in speciali, quia dicit Arist. 3. physi. q specula- T.c.2. tio de proprijs est posterior speculatione communi, quia opz prius dicere uiam communem: & postea propria speculari. ut dicit primo T.c.57 phy. & ideo prima quæstio sit. Vtrum corpora cœlestia sint causa inferiorum generabilium et corruptibilium. Arguitur primo q non. quia iter causam & causatum debet esse proportio. T.cõ.38. ut pz. 2. physi. & 5. metaphy. sed inter corpora cœlestia & ista T.c.2. inferiora generabilia & corruptibilia nulla est proportio, quia finiti ad infinitum nulla est proportio. 8. physi. & primo huius. T.c.15. sed corpus cœleste est infinitum in duratione, ut patet octauo T.c.52. et 64. physi. & primo huius. & ista inferiora sunt finita: quia corrum- T.cõ.53 puntur si generantur. ut pz 2. de generatione. T.c.20. Item minus no- T.c.51. bile non põt eẽ causa effectiua magis nobilis: quia causa efficiens per se non est minus nobilis. sed corpora cœlestia minus sunt nobilia quàm ista inferiora quia inferiora multa sunt animata: ut homo equus & plantæ: & cognoscunt: sed corpora cœlestia circunscripto motore sunt inanimata & non cognoscentia. & cognoscens est nobilius non cognoscente. ideo &c. G Itẽ si corpora cœlestia per se essent causa inferiorum: tunc ista inferiora ex necessitate euenirẽt: sed hoc est impole: quia actus humani & intellectuales non necessitãtur: quia liberi sunt: & nõ necessitãtur a cœlo ad eligendũ uel nõ eligendũ uel intelligẽdũ uel nõ intelligẽdũ ut pz ex tertio ethicorũ. consequẽtia pz: quia Cap.5. postquàm cœlum est causa motus inferiorum & est necessarius secundũ Arist. tunc omnia inferiora haberẽt necessitatẽ a cœlo.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Ptholomei præallegata mundanarum rerum &c. & ex primo metheo. Est igitur Cap.8. ex necessitate mundus inferior &c. & ex secundo de genera- T.c.58. tione ubi Aristo. uult q motus solis in obliquo circulo & aliorũ astrorum: qui dat intelligere q secundum accessum & recessum est causa generationis eorum quæ sunt in hoc mundo. Item T.c.50. ibidem dicit, q omnes formæ sunt in terminis, & in corporibus cœlestibus, quæ uocat terminos: quia imponũt formã et terminũ omnibus, quia formæ terminat alia quæ sunt a cœlo producta.

H Item Alber. in lib. suo, qui dicitur speculũ phylosophiæ dicit sic. Ordinauit & disposuit gloriosus & sublimis deus cum sua summa sapientia, ut per stellas surdas & mutas operentur ea, quæ contingunt in inferioribus elementis & elementatis, & Cõmen. dicit in primo huius. q cœlum est ligamẽtum inter sub- Cõ.22. stantias abstractas & inferiora, quæ substantiæ abstractæ sunt intransmutabiles, mediantibus corporibus cœlestibus. quæ sunt

I intransmutabilia in substantia, & sp, secudũ locũ fiũt transmuta
tiões eterne in inferioribus a substãtijs abstractis, quia nisi hoc
esset, tunc actio temporalis non fieret sp in inferioribus, quia a-
Cõ.15. ctio eterna secundum q. est eterna, non est nisi eterna. Item
Com.8.phy. uoluntas antiqua non potest agere & facere ali-
quod nouum sine secundo antiquo, id est cœlo, per cuius motum
facit alium motum nouum in inferioribus.

PROPTER hoc est ddum ad qõnẽ, q. corpora cœlestia
sunt causa omnium inferiorum exceptis actibus humanis, & hoc
pz dictis auctoritatibus: & adhuc alijs auctoritatibus. Aristo.
Cap.2. primo metheo. dt, causam unde princ. motus sp latorum corpo-
rum uirtutem estimandum, & hoc illorum, quæ contingunt in
inferiori mundo. Item Alex. dt, q. rationabilius uirtus cœli
uocatur natura eo q. est causa omnium exñtium natura, & se-
cundum naturam fieri creditorum. Vbi potest etiam proba-
ri rationibus. si uoluntas eterna per uoluntatem æter-
K nam causaret aliquod nouum, tunc infinita essent essentiali
ter transita, sed hoc est impole: quia tunc infinitum esset
finitum, consequentia probatur, postquam antiqua uoluntas
faceret aliquid de nouo immediate, sequeretur quòd esset
duratio successiua infinita & æternum faciens, quia da opp-
positum: & tunc non esset nouum, quia ad hoc q. aliquis effe-
ctus sit nouus, non sufficit q. causa præcessit secundum naturam
quia tunc effectus nouus esset coeternus suæ causæ, quia coeter
nitas bene stat cum precedente secundum naturam. ergo opor-
tet q. uoluntas antiqua secundum aliud precedat effectum nouũ
quam secundum naturam, sed non potest esse tempus. ergo dura-
tio successiua infinita cuius partes sunt essentialiter ordinatæ.
& per consequens tunc erit pertransita, si procedit a causa ad
effectum per medium quod est pertransitum: quia ab extremo
non peruenitur ad extremum nisi sit pertransitum medium.

Preterea. Sicut se habet mouens nouum ad actionem æternã
ita uoluntas æterna ad effectum nouum, sed mouens nouum non
L potest causare actionem æternam ut omnes cõcedũt. quare &c.

Et notandum, q. nihil excipitur nisi actus humani & in-
tellectus et uoluntas. quia corpora cœlestia non habent uirtutem
ad cogendũ intellectũ ad intelligendũ uel nõ intelligendũ: & ad
necessitandum uoluntatem ad eligendũ uel non eligendũ uel uo-
lendum uel non uolendum. Sciendum, q. & si primum princ.
non habeat esse causa immediata actuum humano rum nisi medi
ante cœlo: nihilominus tamen a cœlo non necessitatur intelle-
ctus et uolũtas ad intelligendũ uel ad eligẽdũ quia liberi sunt: sed
licet aliqualiter inclinantur ad hoc tamen non necessitãtur.

PER HOC ad rationes. Ad primam conceditur de causa in
actu & effectu in actu, & causa particulari & effectu particu
lari &c. non tamen oportet de causa remota, q. proportio in du
ratione sit inter ipsam & effectum nouum: sed sufficit talis pro-
portio q. causa remota illud sit in actu, qd effectus est in potentia
&c. et quũ dicitur q. cœlũ &c. dicẽdũ, q. cœlũ non est infinitũ
secundum magnitudinem, sed tantum secundum durationem: ut
M demonstratur in primo huius. & 8. physicorum. & non est pro-
T.c.20. portio durationis eius ad inferiora, quia ista non requiritur: sed
T.c.53. sufficit talis proportio, q. effectus in potentia sit talis qualis cau-
sa cœlum est in actu. Ad secundam dicendum, q. duplex est
agens. principale & instrumentale: modo uerum est, quòd
minus nobile non est causa efficiens principalis respectu no-
bilioris, sed potest esse instrumentalis causa tamen, sicut
semen est causa efficiens hominis instrumentalis tamen non
est nobilior quàm homo, & quum dicitur q. corpora &c. dicen- N
dum, q. cœlum non est effectiua causa principalis inferiorum: sed
tamen instrumentalis circunscripta intelligentia, quia intelle-
ctus est causa principalis: unde sicut artifices mediantibus instru
mentis faciunt effectus: sic intelligentiæ absolute faciunt inferio
res effectus mediantibus corporibus motis ab ipsis secundum di
uersas conditiones ipsorum & aspectus adinuicem. Vtrum aũt
corpus cœleste circunscripta intelligentia sit minus nobile omni
bus animatis ut uerme uisum est alibi. Ad tertium potest cõ 2.Phy.q.11.
cedi, q. omnia eueniunt ex necessitate non uiolentiæ sed immu-
tabilitatis, & impossibile aliter se habere: non necessitate uiolen
tiæ sicut lapis proijcitur sursum, sed necessitate, quæ est impossi
bile aliter se habere circa inferiora, sed excipiuntur actus huma
ni respectu ordinatorum ad finem. quia uoluntas non eligit uel
non eligit ex nécessitate ea, quæ ordinantur ad finem, neq; intel
lectus intelligit uel non intelligit ex necessitate quia ista libera
sunt. Vnde quantuncunq; corpus cœleste calefaciat et siccet & O
sic sitias multum, tamẽ potes bibere uel non bibere, quia intelle
ctus intelligit quod est nociuum, & oppositum facit, q. appeti-
tus indicet. unde in uno conueniunt doctores, q. cœlum non ne-
cessitat intellectum & uoluntatem: tamen inclinat aliqualiter,
& facit multas inclinationes in humano appetitu, & aliquo mo
do prosequitur illas inclinationes: sed alij non prosequuntur. un-
de est libertas in his actibus humanis. Questio. II.

CONSEQUENTER quæritur. Vtrũ de corpore cœ-
lesti sit scientia naturalis. Arguitur q. non,
quia de eodem non potest esse scientia natura-
lis & mathematica quia scientiæ secãtur quẽ
admodum & res. ut pz tertio de anima. & T.c.38.
primo poste. sed de corpore cœlesti est mathe-
matica scilicet astronomia. In oppositum est Arist. in isto lib.
ubi tractat de corporibus cœlestibus & tradit ibi scientiam na-
turalem, ut cõcedũt omnes.

DICENDVM q. de corpore cœlesti potest esse scientia P
naturalis: & ratio est: quia quæcunq; mouent mota pertinẽt ad T.c.71.
considerationem naturalem. ex secundo physico. quia quæ mo-
uent non mota non sunt physicæ considerationis saltem quo
ad essentiam. ut dicit Commenta. sed corpora cœlestia mouent
mota: quia mouent cum habeant uirtutem alteratiuam respectu
inferiorum: ut lumen secundum alium & alium aspectum aliter
mouet: & sunt mota secundum alium modum ab intelligentijs.

Item naturalis phylosophus tenetur considerare omnes sub-
stantias sensibiles & omnes passiones & prin. ipsorum: sed cœ-
lum est substantia sensibilis habens passiones & principia sensi-
bilia, ideo &c. maior patet, quia substantias sensibiles & passio T.c.17.
nes sensibiles nullus artifex considerat nisi naturalis, ut
patet primo de anima. minor patet ex isto libro, & est per se
nota. Vnde notandum, quòd dicit Commen. t. met. com. 19.
q. naturalis et astrologus diuersimode cõsiderãt corpora cœle
stia quia naturalis considerat de naturis eorum secundum
quod sunt mobilia, & declarat qualis modus motuum est possibi Q
lis in eis, & qualis non, astrologus autem non considerat ea se-
cundum quod sunt mota sed considerat de figuris & sitibus eo-
rum secundum qualitatem motuum et secundum uelocitatem: &
tarditatem, & considerat etiã de quantitate eorum. Alia est
differẽtia ipsorum ex 2. physi. & redit in idem. quia naturalis
considerat de figura solis & lunæ &c. secundum q. accidunt T.c.8
naturæ talis corporis: & secundum q. natura eorum requirit
talem

A talemfiguram ad motum: & in quantum sunt mobilia: sed astrologus considerat corpora cœlestia non secundum q. huiusmodi, sed secundum q. mēs abstrahit ea a motu & transmutatione, quia de figuris considerat non secundum q. sunt cœlestia mobilia sed ut sunt figuræ tātum. Sed alia differētia ponitur a Lincō. in lib. suo de ortu scientiarum q. corpora cœlestia sunt corpora, & luminosa habentia per lumen uirtutem regitiuam & alteratiuam, primo modo non considerat ea astrologus ut sunt corpora sed secundum quod sunt luminosa & habent regere & alterare inferiora. Vel dupliciter considerantur, uno modo secundū rationem communem, & sic pertinent ad naturalem phylosophum, ut patet in lib. de cœlo & mundo. Alio modo considerantur secundum rationem specialem, ut in habitudine ad determinatum effectum, & sic non pertinent ad naturalem phylosophiam unde non considerat q. uirtute astri in tali signo habent regere & alterare inferiora, inquantum est in determinato loco, & ta-

B li tempore habet diuersimode alterare inquantum est sub alio signo, & loco, & tempore, quia istæ uirtutes, quibus alterantur ista inferiora non cognoscuntur sine respectu & aspectu in tali signo, aliam uirtutem habet in alio signo, & aspectu, & secundum aliam coniunctionem ad aliud astrum, ergo non oportet naturalem cognoscere ipsa ut sunt in tali signo &c. sed sic astrologus ea considerat, astrologo igitur attribuitur considerare ea astra in diuersis aspectitibus & coniunctionibus, & istæ duæ

1. met. cō. 19. considerationes sunt quasi coniunctæ. Sed dubium est. quia Cō. dicit, q. astronomus considerat quantitates motuum cœlestium, ut tarditatem & uelocitatem: & hoc non potest considerare nisi consideret motum cœlestem: & per consequens subiectum mo-

2. physic. t. c. 19. bile. quod dicitur secundo physico. cuius est considerare formam subiecti alicuius & eius est considerare subiectum uel formam saltem in ordine ad subiectum: ut qui sanitatem considerat & neruum. sic similiter si astronomus considerat uelocitatem & tarditatem motus cœlestis: tunc considerat motum cœlestem &

C corpus cœleste mobile, cuius contrarium dicit Com. Dicendum, q. astronomum considerare corpus cœleste mobile, potest intelligi dupliciter. uno mō per causas ita q. consideret naturā corporis mobilis & motorem eius: & hoc modo astronomus non considerat mobile ut graue & leue, uel nec graue nec leue & sic principia actiua motus ut motorem & passiua ut mobile non considerat. Alio modo pōt intelligi, q. astronomus cōsideret corpora mobilia p accidēs, quia astronomus cōsiderat distantias planetarū & astrorū & approximatiōes & aspectus & coniūctiones: & hoc non est nisi per motū astrorū considerare: et ita non reddit causas horum demonstrando per principia motuum quia hoc facit naturalis, cū ergo dicit Cō. q. astronomus de accidentibus solis et lunæ demonstrat ut de figura non tamē demonstrat cœlū esse figuræ sphericæ p motū, sed naturalis hoc facit quia dicit q. nec mouetur a medio nec ad mediū, necessario est sphericæ figuræ: sed corpus cœleste huiusmodi ē. Sed si astronomus debet hoc probare, facit demonstrationem aliter q̄ per motum: ut illud

D est sphericæ figuræ a cuius medio omnes lineæ ductæ ad circūferentiam sunt æquales. Hic est dubiū nū. astronomia musica, & perspectiua plus sint naturales uel matematicæ. dicēdū q. astro. musica & perspectiua dupliciter considerantur. uno modo quo ad certitudinem. alio modo quo ad distinctionem ab alijs scientijs quia aliquis habitus est distinctus, qui non est certus, ut opinio est distinctus habitus a scientia: tamen non est certus habitus. modo istæ scientiæ in esse sunt magis naturales quantum ad distinctionem, quia illa scientia est magis naturalis quantum ad distin- E

ctionem, quæ per naturalem scientiam distinguitur ab alijs: sed astro. est huiusmodi: quia considerat magnitudinem cœlestem: modo per magnitudinem non distinguitur a geometria: quia in hoc communicant. ego per cœlestem. & id formale distinctiuum est naturale. Similiter perspectiua per lineam non distinguitur a geometria: sed per uisuale, & illud distinctiuum formale etiam est naturale: sed quantum ad certitudinem sunt mathematicæ, quia quantum ad certitudinem resoluuntur in principia mathematica, quia ad habendum complementum certitudinis probantur per princ. quæ sunt conclusiones in mathematica, & sunt probatæ ibi, & illæ conclusiones in mathematica sunt prin. in perspectiua, ut patet primo posteriorum. resoluūtur ad habendum certitudinem in princ. geometriæ. Sed aliqui instant, quia ex eodem habetur certitudo & distinctio. ego a quocunque istæ scientiæ habent certitudinem, ab eodem habent distinctionē F

et cōuerso. Dicēdū ad hoc hæc est fallacia cōsequētis: quia a quo aliqua habent certitudinem habent per principia communia illius scientiæ ut perspectiuæ & geometriæ, & per illa non distinguuntur: sed per aliud ut dictum est per subiectum.

AD RATIONEM in oppositum. cum dicitur. de eodē &c. uerum est eodem modo & secundum rationē formalē &c. ddm, q. ista sunt de consideratione naturalis inquantum mobilia & demostrantur ex natura & principijs motus ut actio et passio: sed considerantur ab astro. in quantum abstracta sunt a motu per se: quia non considerat motum istorum nisi per accidens, ut dictum est &c.

Questio. III.



Onsequenter quæritur. Vtrum totum uniuersum sit subiectum in hoc lib. arguitur q. non, quia si ista scientia esset de toto uniuerso ut subiecto: tunc non differet a metaphysica, sed hoc est falsum: quia ista scientia est naturalis: & naturalis scientia differt a metaphysica secundū omnes. consequētia pz, metaphysica determinat de toto ente. & hoc est totū G uniuersum. Itē si hoc esset tūc non eēt una scientia: sed hoc est falsum: qa dicitur cōiter, q. ista scientia est una de partibus sciētiæ naturalis, & numeratur inter scientias naturales, cōseqnētia pz, quia subiectum scientiæ debet esse unius generis. ut pz primo posteriorum. sed totum uniuersum non est unius generis: quia extendit se ad corruptibile & in corruptibile, quæ plus differunt quam genere. ut patet. 10. metaphy. Item unius sciē- T. cō. 26. 1. cœli. c. 2.

tiæ non debet esse nisi unum subiectum & patet per Com. q. corpus est ule subiectum huius scientiæ: sed corpus non dicit idē cum toto uniuerso, Item subiectum scientiæ debet habere plures partes subiectiuas: quia si non haberet plura supposita esset singulare, & de singularibus non est scientia, ut patet pri- T. c. 35.

mo posteriorum & septimo metaphy. sed totum uniuersum non habet nisi unum suppositum: quia non est nisi unus mundus. ut patet primo huius. Oppositum arguitur. subiectum de quo est T. c. 76.

H ista scientia est cœlum & mundus: quia intitulatur liber cœli et mundi, sed ista dicunt totum uniuersum. quare &c.

DE ISTA QVESTIONE fuit diuersitas. aliqui dicunt (ut dicit expositor) q. subiectum huius scientiæ dicitur esse cœlum, & hoc probant, quia inuenitur in titulo græco liber de cœlo. & dixerunt q. omnia quæ considerantur hic præter cœlum considerantur per accidens: & cœlum consideratur per se, & motiuum horum fuit: quia titulus ē a nobiliori consi-

I derato in scientia per se. Sed ista opinio non uidetur ualere: quia
maior pars eorum, quæ considerantur in scientia, non debet esse
per accidens, sed maior pars consideratorum in ista scientia. est
de alijs a cœlo: quia in primo huius determinatur de corporibus
simplicibus: & ēt in tertio & in quarto de elementis. ut patet
in processu. modo ea, quæ sunt preter opera, non sunt ut pluri-
ma, quia quæ sunt ut plurima, non possunt esse sine operibus.
ex tertio ethicorum modo hoc contingeret secundum illos, ut
dictum est. Alia est opinio q. totum uniuersum sit subie-
ctum: quia de ipso determinatur in illo libro, & de suis conditio
nibus & passionibus. scilicet q. sit finitum & unum & perfe-
ctum. & de partibus eius ut de quatuor elementis. & de cœlo.
ut in secundo huius. & sic de alijs. Aliqui obijciunt contra
hoc si totum uniuersum esset subiectum in ista scientia, tunc de
omnibus partibus eius determinaretur in ista scientia, quia ad
K eandem scientiam pertinet considerare de toto & de partibus
principalibus. sed hic non determinatur de omnibus partibus
principalibus uniuersi: quia de animalibus & plantis & metal
lis non determinatur hic: & tamen animalia sunt nobiliora ele-
T.c.31. mentis: quia elementa sunt propter mixta de quibus determina
tur hic. ut patet in tertio. Alia est opinio, q. corpus simplex
est subiectū in hoc libro: & q. de elementis hic determinatur in
quantum habent conuenientiam cum corporibus simplicibus:
quia Arist. in primo determinat de corporibus simplicibus: &
in secundo determinat de cœlo quod etiam est simplex. Sed ista
opinio non ualet, quia in primo determinatur de multis quæ
non habent conuenientiam cum corporibus simplicibus: ut q. est
unum totum uniuersum & finitum & sempiternum & huiuf-
modi ergo non potest esse subiectum huius scientiæ: quia magna
pars determinatorum est de alijs. Dicendum est ergo ad qōn-
nem, distinguendo subiectum primum: q. duplex est subiectum.
uno modo prædicatione, quod est primum primitate communita
tis. secundo modo dicitur subiectum primum primitate principa
L litatis, primo modo subiectum est corpus uel ens mobile ad ubi:
quia illud, quod prædicatur de pluribus consideratis in scientia
ut partibus & passionibus & principijs, hoc est subiectum isto
modo. sed ens mobile ad ubi est huiusmodi, quia prædicatur de
toto uniuerso: quia totum uniuersum est mobile secundum ubi
quoquo modo. uidelicet secundum partes. similiter determina-
tur de partibus eius ut mobilibus secundum ubi: quia in secundo
determinatur de cœlo, & in tertio & in quarto de elementis
& generabilibus & corruptibilibus. nam sicut in lib. phy. subie
ctum est ens mobile simpliciter: sic & hic subiectum est ens mo
bile ut est contractum ad motum ad ubi sicut dicitur in diuisione
scientiæ naturalis qui motus ad ubi est communior reliquis mo-
tibus, etiam prædicatur de passionibus ut ens mobile est finitum
unum &c. Sed secundo modo accipiendo subiectum dicendum
est q. cœlum est subiectum. Ad cuius intellectum nota quod
cœlum tripliciter accipitur. uno. mo pro ultima sphera siue sit
octaua siue nona & illa sphera non dicitur ultima uia ge-
M nerationis, quia non generatur: nec uia perfectionis: quia ipsa
ē perfectior alijs: sed dicitur ultima in immutando hoc est ascen-
dendo uersus cœlum. Secundo modo accipitur cœlum pro quin-
ta essentia simplici, quæ est corpus cœleste pro omnibus spheris
T.c.96. & .97. Tertio modo accipitur cœlum pro toto uniuerso. & hæc distin-
ctio habetur primo. huius mō cœlū secundo mō acceptum ut est
quinta essentia mouetur circulariter & est subiectum secundo
modo quod dicitur esse subiectum attributione: & hoc primita-
te principalitatis. Item quod est nobilius & principalius in- N
ter considerata alicuius scientiæ, hoc est subiectum attributione
primitate principalitatis sed cœlum secundo modo acceptum est
huiusmodi: quia alia considerata sunt quatuor elementa, & non
est dubium quin cœlum sit perfectius & principalius istis.
Sed aliquis sic obijceret. unius scientiæ unum debet esse su-
biectum: sed tu das duo subiecta scilicet cœlum, & ens mobile.
Dicendum, q. unius scientiæ non possunt esse duo subiecta
nisi habeant conuenientiam adinuicem ut totum & pars: sed sic
est hic quia subiectum, commune prædicatione se habet ad aliud
sicut totum ad partem unde tu dices q. deus est subiectum in me
taphysica, & demonstratio in logica & q. hoc est uerum pro su-
biecto, secundo modo accepto scilicet pro illo, quod est primum
principalitate & attributione, quia demonstratio est principa-
lius & nobilius in logica, ad quam omnia in logica attribuuntur
ut ad finem: similiter deus est principalius in metaphysica: sed O
tu dices. ergo in logica instrumentum deueniendi in cognitionē
ignoti per cognitionē noti nō est subiectum. Dicendum q. hoc
est subiectum commune prædicatione per tale potest responderi
ad primam rationem in oppositum q. ut ex dictis patet non po-
nitur totum uniuersum pro subiecto sed ens mobile ad ubi uel cor
pus mobile ad ubi q. si uolumus ponere uniuersum pro subiecto
quum obijcitur q. tunc non differret a metaphysica. dicendum q.
hæc scientia differt a metaphy. quia totū uniuersum uno. mō ac-
cipitur ut est ens, & alio modo inq̄tum mobile ad ubi: uel secun
dū ordinem situs. si modo uniuersum accipitur primo modo: tūc
pertinet ad metaphysicam. sed si secundo modo accipitur: tunc
pertinet ad naturalem scientiam Vnde notandum q. quum di
citur q. totum ens est totum uniuersum q. non est intelligendū,
q. totum uniuersum, quod est cōe ad ista sit cōe secundum ratio-
nem communem quæ nec est ista nec illa sed q. sit tertia rō, quæ
sit neutra sicut dicunt aliqui. q. ens dicitur secundum rationem
communem, quæ nec est substantia, nec accidens: sed est tertia.
iste intellectus est falsus: quia tunc ista ratio esset figmētum. Sed P
est intelligendum, q. secundum rationem communem, quæ est se-
cundum utranq; rationem & in se includit utranq; , ut ens
in quantum commune est ad decem predicamenta significat de-
cem predicamenta. ut dicit Commen. septimo meta. q. hoc nomen Cõ.19.
ens secundum q. significat unum significat unumquodq; decem
predicamentorum. sed secundum significatum uerum tunc si-
gnificat omnia entia uera. Ad secundam cum dicitur tunc
non esset una. dicendum q. sciētia nō requirit unitatē numeralē
subiecti, nec specificam unitatem: quia illa non permittit: quia
tūc una sciētia nō reciperet diuersas species. specialissimas: qđ
est falsum: ut scientia de animalibus. Similiter nec requirit uni-
tatem uniuocam: quoniam tunc metaphysica, quæ est de ente non
esset una scientia: sed sufficit unitas analogiæ, quæ est unitas se-
cundum attributionem plurium ad unum secundum prius et po- Com.2.
sterius. Vnde nota. Com. quarto metaphy. distinguit unitatē
analogiæ: quia plura attribuuntur uni tripliciter. uno modo ut
agenti sicut plura medicinalia attribuuntur medicinæ, ut uno a- Q
gēti. Alio mō ut fini ut sanitas in cibo et in urina naturaliter at-
tribuuntur sanitati animalis. tertio modo attribuūtur plura uni
ut subiecto, ut nouem predicamenta attribuuntur substantiæ. mo
do tunc ad propositum, q. totum uniuersum non est unum subie-
ctum uniuocum, tamen est analogum: quia omnia ad ipsum ordi-
nantur attributione tanq̄ ad unum finem, qui ē perfectio. Vel di
cendum, q. generabilia ordinantur ad perpetua secundum attri
butionem

A butionem tanq̃ ad finẽ: quia inferiora propter superiora sunt fi-
naliter. Ad tertium dicendum. unius scientiæ etc. conceditur
nisi unum sit pars alterius. Et cum dicitur. Com. dicit &c. dicen
dum, q. Commentator soluit hoc superficialiter in dicto suo, quia
corpus est ul'e subiectum: quia communius subiectum: & quasi
dat intelligere q. aliud sit subiectum magis proprium. Ad
quartum: cum dicitur, subiectum scientiæ debet esse &c. uerum
est subiectum debet esse ul'e aliquo modo &c. sed totum uniuer-
sum &c. dicendum, q. aliquid habere multa supposita potest in-
telligi tripliciter. uno modo secundum actum. secundo modo se-
cundum aptitudinem: sicut id cui non repugnant multa supposi-
ta. tertio modo secundum potentiam: & unum horum sufficit
ad scientiã et ad subiectũ uniuersale eius. ut dicit Auicẽ. in meta
physica sua. unde licet totum uniuersum secundum actum non ha
beat plura supposita: tamen secundum aptitudinem, ut ratione
B formæ sibi non repugnant multa supposita: ut soli non repugnat
multiplicatio ex parte formæ: quia tunc omni formæ repugnaret
quod est falsum: sed singulari repugnat multiplicatio ut est sin-
gulare: quia unum oppositorum secundum se repugnat alteri:
sed singulare per se est indiuisum. ergo repugnat sibi esse multi
plicatum in plura supposita, sed uniuersali non repugnat.

Quæstio. IIII.

Consequenter quæritur. Vtrum ad natura
lem pertinet considerare corpora & ma-
gnitudines. Et arguitur q. non: quia illud
quod pertinet ad mathematicũ nõ pertinet
ad naturalem philosophum: sed considera-
re corpora & magnitudines ptinet ad ma
thematicum ideo &c. maior patet: quia si
cut intelligibile diuersificatur secundum diuersitatem naturæ
intellectæ. ut dicit Commen. tertio de anima: sic habitus intelle-
Cõ.38. ctualis diuersificatur secundum diuersitatem naturæ intellectæ
illorum, ex quibus causatur. minor patet ex geometri. Item
C naturalis non debet considerare non entia: quia non ens non con
Cõ.5. tingit sciri. ut patet primo posteriorum. sed corpora & magni-
tudines sunt non entia: quia in diffinitione lineæ ponitur, q. sit
longitudo sine latitudine: & hoc in rerum natura non inueni-
tur: quia omnis longitudo est cum latitudine. Similiter superfi-
cies diffinitur, q. sit longitudo cum latitudine siue spissitate: &
hoc non inuenitur in natura. ergo non sunt entia. & per conse-
quens non pertinent ad naturalem. Item naturalis debet con
T.c.71. siderare illa, in quorum diffinitione ponitur materia sensibilis &
T.c.15. motus ex secundo physic. & primo de anima. & .6. metaphy.
T.c.2. sed linea &c. diffinitur sine motu & materia sensibili. ut patet
T.c.19. secundo physi. ideo &c. Oppositum arguitur auctoritate
T.c.5. Aristo. in litera: quæ incipit sic. de natura a scientia fere pluri-
ma circa corpora & magnitudines: & hoc etiam uult Commẽ.
SCIENDVM q. per corpora & magnitudines possumus
intelligere duo. uno modo substantiã subiectam corpori & ma-
gnitudini. alio modo ipsas dimensiones. Et tunc ulterius nota
D q. substantia subiecta dimensionibus potest intelligi dupliciter.
uno modo secundum rationem communem. ut potest habere com-
munem rationem, siue sit uniuoca siue analoga. alio modo consi-
deratur in comparatione ad motum. Similiter corpora & ma
gnitudines possunt dupliciter considerari. uno modo secundum
se et abstractæ: alio mõ inquãtũ sunt termini corporũ naturaliũ.
PER HOC dicendum est ad quæstionem. si per corpora &
magnitudines intelligimus substantias corporales & secundum
se & secundum rationem communem, sic non pertinent ad natu E
ralem: quia quod pertinet ad metaphysicum non pertinet ad na-
turalem: quia scientiæ distinguuntur secundum rationem forma
lem scibilium: sed ista sic considerata pertinent ad metaphysicum
quia metaphysicus considerat prima genera entium secundum
communes rationes eorum ut substantiam quantitatem &c.

Sed si corpora & magnitudenes considerantur secundum q.
sunt substantiæ corporales, & in comparatione ad motum, sic
pertinent ad naturalem ratio naturalis eo modo debet considera
re substantias quomodo sunt naturales, quia consideratio natura
lium secundum q. naturalia sunt pertinent ad naturalem: sed cor
pora & magnitudines sunt naturalia in comparatione ad motũ.
ut dicit Com. septimo meta. quia naturalis considerat principia
naturalium secundum q. naturalia sunt, & exponit se. i. secun-
dum q. mouentur & quiescunt. Et confirmatur, quia ad quẽ
cunque pertinet consideratio motus, ad eum pertinet considera- F
tio substantiæ mobilis secundum q. mobilis est, quia consideratio
substantiæ mobilis non habetur sine motu: sicut accipiẽdo rem cũ
actu habetur siue actu, sed motus ut motus est ptinet ad natura
lem ex secundo physic. Tertio dicendum q. corpora & ma- T.c.71.
gnitudines ut accipiũtur pro quantitatibus cõtinuis secundũ se
& abstractæ non pertinent ad naturalem, quia quæ naturalis
considerat per se debent diffiniri per motum & materiam sensi-
bilem. sed istæ magnitudines & corpora possunt intelligi sine
materia sensibili & motu. ideo &c. maior patet. sexto metaph. T.c.2.
cum naturalia se habent sicut simum oculus, facies &c. nullius
enim talis est ratio sine materia sensibili. minor patet. nam linea
&c. sine motu & materia sensibili intelligitur, unde dicit Com.
7. metaph. in illo capitolo. Quoniam diffinitio est ratio &c. di- Cõ.39
cit. res naturales contrario modo se habent mathematicis: quid-
ditates enim naturalium non possunt intelligi sine motu & sen-
su: sed quidditates mathematicaliũ bene possunt intelligi sine mo
tu & sensu: & hoc etiam uoluit Commen. 2. physico. Quar- Com.19.
to dicendum q. si accipiuntur corpora & magnitudines pro quã
titatibus continuis ut sunt termini naturalium sic eorum consi- G
deratio pertinet ad naturalẽ: quia qui cõsiderat terminatum con
siderat terminum: sed naturalis considerat naturalia, quæ sunt
terminata & probat ea esse finita in primo lib. Præterea se-
cunda ratio philosophus naturalis considerat ea, quæ cõsistunt a
natura: sed corpora & magnitudines consistunt a natura. unde
secundo de anima. omnium natura constantium positus est termi T.c.41
nus & ratio augmenti & magnitudinis. Sed aliquis diceret, li-
nea & superficies bene sunt termini naturalium: quia terminãt
naturalia in extremitatibus: sed corpus secundum profundita-
tem non est terminus naturalium: quia nõ est in extremo sed in-
terius ipsa profunditas. Ad hoc dicendum, q. terminus equi-
uocatur hic: quia uno modo accipitur pro extremo, & corpus
non terminat naturalia accipiendo profunditates sicut illa, quæ
sunt circa centrum non terminant extrema. Alio modo accipi-
tur pro forma: & sic corpus terminat naturalia: quia corporei-
tas est forma dans esse profundum &c. H
AD RATIONES in oppositum: cum dicitur. illud quod
pertinet &c. conceditur per eũdem modum et rationem forma-
lem non pertinet ad mathematicum & naturalem: sed secundum
aliam & aliam rationem considerandi bene est possibile &c.
sed considerare corpora &c. dicendum q. inquantum accipitur
sine motu & sensu sic consideratur a mathematico, sed inquan-
tum sunt termini naturalium sic bene considerantur a naturali:

I ut dictum est. & Ad aliud. naturalis non debet considerare non entia &c. dicendum, q. non entia duplicia sunt: quædam sunt nõ entia & existimantur etiã non entia. de illis non est scientia: sed alia sunt non entia & est opinio solennium, q. sint entia. sic scientia bene considerat non entia. sicut Arist. in quarto phy. conside- T.c.50. rat de uacuo: & etiam in tertio de infinito quæ non sunt: tamen T.c.42. existimantur a solennibus esse, ergo considerat ea probando ea non esse: & bene dicitur à solennibus: quia si non entia estimantur à non solennibus non sunt consideranda in scientia: quia quolibet proferente contrarias opiniones stultum est sollicitum esse.

Aliter respondetur quando dicitur non entia &c. uerum est si omnino sint non entia. Et cum dicitur, hæc sunt huiusmodi. falsum ẽ, linea ẽ quæ dat eẽ longũ tantũ: superficies lõgum & latum. Et cum dicitur. non est dare longitudinem &c. dicendum q. hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum existentiã K in natura, & sic linea nõ est in aliqua parte sine latitudine. Alio modo secundum essentiam lineæ: & sic est sine latitudine: quia in essentia lineæ non includitur latitudo: & sic est ens. Ad tertium. cum dicitur. naturalis debet &c. uerum est. Et cum dicitur. in diffinitione &c. uerum est abstracte accepta per motum non diffinitur. & sic non consideratur à naturali: sed in comparatione ad motum sic diffinitur per motum: & consideratur a naturali: ut predictum est.

Magnitudinis autem quod quidem ad unum linea. Quod ad duo planum. Quod autem ad tria corpus. Et præter has non est alia magnitudo propter tria omnia esse, & ter omniquaque. Tex. Commen. II. Quæstio. V.

L Consequenter quæritur. Vtrum dimensiones tantum sint tres. Et arguitur q. non: quia sicut se habent unitates ad numerum sic dimensiones ad continuum. per conuenientem similitudinem: sed unitates in numero plures sunt quàm tres: ideo dimensiones in continuo sunt plures quàm tres. Item tot debent esse dimensiones, quot sufficiunt ad motus simplices, ut patet in litera. quia ex numero magnitudinũ phylosophus concludit multitudinem motuum, sed tres dimensiones non sufficiunt, quia linea non sufficit ad motum nec superficies: quia sunt sine spissitudine, sed nullum mobile est sine spissitudine, unde cum tres dimensiones sint, quarum duæ non sufficiunt ad motum requiruntur plures dimensiones. Item natura non facit per plura, quod potest facere æque bene per unum. unde natura non facit per plura, quod potest facere breuiori modo, unde Arist. comendat Emp. qui posuit finita princi- pri. phy. Com. 41. pia, per quæ æque bene potuit saluare mundum sicut illi, qui posuerunt infinita principia: sed per unam dimensionem possunt M saluari omnia naturalia, quoniã illud corpus circunquaque est diuisibile. Itẽ si essent tres dimensiones hoc esset altero istorum modorum. uel linea esset sine latitudine: & superficies sine spissitudine: & latitudo sine longitudine &c. aut q. omnes essent in eodẽ subiecto, sed nullo modo potest fieri. non primo modo quia nulla substãtia est longa, quæ omnino sit sine latitudine. nec secũdo nec tertio mõ põt esse: quia diuersæ species generis eiusdẽ nõ sunt simul in eodẽ subiecto, quia species generis sunt cõtrariæ quarto meta. & contraria non possunt simul esse in eodem su- N biecto, sed istæ dimensiones sunt species propinqui generis ut continui. Item si sunt tres dimensiones, differunt uel numero uel specie: sed non numero: quia plura accũtia abstracta, et à termino & obiecto. non possunt esse in eodem: sed iste tres dimensiones sunt abstractæ ab obiecto quia nõ dependent ab aliquo ut ab obiecto, nec termino. nec differunt specie, quoniam illa sunt contraria & non possunt esse in eodem subiecto. ideo &c. Op- T.c.2. positum uult phylosophus in littera: quia dicit, q. corpus habet tres dimensiones: & illæ sunt omnes: & ternarius numerus est perfectus, & tria sunt omne totum & perfectum.

NOTANDVM q. dimensio est quantitas continua permanens, & quantitas ponitur ibi pro genere: & continua est differẽtia minus specialis & magis cõmunis, et ponitur ad differẽtiã numeri, cuius partes non sunt continuæ, per manens ponitur ad differẽtiã temporis & motus: quorum partes non per O manent. Tunc ad quæstionem dicendum q. tres sunt tantum dimensiones ratio Arist. numerus ternarius est omnis, & perfectus: ut dicunt Pytha. quia perfectũ consistit in tribus principio medio. & fine. unumquodque, quod est habet principium medium & finem. Similiter probat hoc in sanctificationibus: quia facientes sacrificia obseruant numerum ternarium: quia fecerunt sacrificia ter attribuentes numerum perfectum ei. Similiter probat per modum loquendi: quia duo homines non dicuntur omnes: sed ambo, & numerus primus consistit in tribus tanquã ternarius numerus sit perfectus. Item tot sunt dimensiones quot oppositiones inter differẽtias positionis, quia secundum oppositiones differentiarũ positionis accipiuntur dimensiones: sex sunt positiones scilicet sursum deorsum retrorsum &c. & longitudo est secundum differẽtiã sursum & deorsum, & latum inter dextrum & sinistrum, & spissum iter ante & retro: Itẽ Ptolo. idem probat, quia tot sunt dimensiones, quot modis lineæ rectæ ortogõalr. i. perpẽdiculariter possũt se intersecare in eodẽ puncto: sed non est nisi tribus modis. quia si fieret pluribus mo- P dis: tunc plures anguli constituerentur recte: sed hoc est falsum. unde dicuntur rectæ, quia curuæ possunt esse plures, & dicitur ortogonaliter. ad differẽtiã illarũ quæ non cadũt perpẽdiculariter, & possunt esse plures, quæ non faciunt angulos rectos: sed acutos uel obtusos. unde hoc non potest demonstrari in plano sed in ligno, accipiãtur ligna. 2. & infigãtur inter secundo se ad modum crucis, et in puncto intersectionis alia tertia cadat perpendiculariter, & sint omnes anguli recti: si plures sint, tunc non constituuntur anguli.

PER HOC ad rõnes in oppositum, cum dicitur sicut se habent unitates &c. dicendum q. non est simile: quia unitates non differunt secundum speciem & in illis, quæ non differunt specie potest in infinitum procedi: sed dimensiones differunt secũdum speciem, similiter potest dici, q. non sunt nisi tres unitates, quia ternarius numerus perfectus, & omnis unitas aut est ultima, aut media aut prima. Vel aliter potest dici, q. nõ est simile de uni Q tatibus: quia unitas nõ est numerus nec substãtialiter intrinsece nec dispositiue, sed dimẽsiones sunt continuum: et istæ tres dimensiones sufficiunt ad continuum, sed tres unitates non sufficiunt ad numerum, quia oportet esse plures unitates, quia quatuor elementa sunt &c. Ad secundum cum dicitur. tot debent &c. dicendum q. uerum est &c. dico q. tres dimensiones sufficiunt ad motum, ad probationem. linea non sufficit &c. dicendum q. corporeitas sufficit ad motus rectos. unde non est intelli-

gendum,

A gendum, q. numerus motuum fiat secundum numerum magnitu
dinis in essentia magnitudinis: sed tantum requiritur diuersitas
in figura, ut quod sit recta uel circularis. Aliter potest dici:
cum dicitur. sicut &c. dicendum, quòd non est ad propositum·
quia magnitudo equiuocatur: quia uno modo accipitur pro sub=
stantia subiecta dimensionibus. Alio modo pro dimensionibus mo
do per numerum magnitudinum non probat numerum motuū
quo ad quantitates: sed solum per magnitudines inquantum ac=
cipitur pro substantia subiecta dimensionibus: quia illa substan=
tia uel est grauis, uel leuis, uel nec grauis nec leuis. Ad ter=
tium: cum dicitur. nihil facit &c. uerum est si ita bene & ita
commode potest facere per unum sicut per plura. Et cum dici=
tur. per unam &c. falsum est, quia corporeitas tantum dicit pro
fundum esse: tamen præsupponit superficiem, quæ saluet esse la=
tum. Et cum dicitur. quòd corporeitas est diuisibilis &c. dicen=
dum quòd si corpus accipitur pro essentia corporeitatis tantum
B non est uerum: quia sic tantum diuiditur secundum spissitudinē:
sed si accipitur pro essentia cum terminis, ut cum superficie &
linea sic bene est diuisibilis & sic intellexit Philosophus. Ali
ter respondetur, cum dicitur natura non facit &c. uerum est si
ita bene fit. Et cum dicitur. per unam dimensionem &c. non est
uerum: quia per corporeitatem diuisibilem circum quaque in=
telligit Arist. substantiam subiectam corpori, quæ est diuisibilis
non secundum profunditatem tantum: sed secundum omnes di=
mensiones quibus subiicitur, & dicit corpus: quia illa dimensio
perfectior alijs. ergo substantia quæ est subiecta dimensionibus
omnibus diuiditur circum quaq;: quoniam dicit corpus propter
maiorem perfectionem nec corporeitas pro spissitudine diui=
ditur secundum tres dimensiones: sed substantia subiecta omni=
bus. Vel dicendum, quòd corporeitas non accipitur pro pro=
funditate, quæ distinguitur. contra alias dimensiones, quoniam
non est diuisibilis sic secundum unam dimensionem: sed accipi=
tur corpus pro toto composito ex tribus dimensionibus scili=
C cet longitudine latitudine &c. & tu dices potest esse talis com
positio generis ex speciebus. dicendum quòd sic: quoniam non
solum compositio est indiuidui ex materia & forma, & speciei
ex genere & differentia· sed etiam est compositio realis gene=
ris ex speciebus suis, & illam compositionem nominant a corpo
re, que est perfectior species continui &c. Ad quartum. cum
dicitur si essent tres &c. dicendum quòd omnes sunt in eodem
subiecto & simul: quoniam longitudo non est sine latitudine. Et
cum dicitur species sunt contrarie, hic respondetur per instan=
tiam, quia scientiæ bene plures differunt secundum speciem, ut
gramatica logica. & tamen sunt in eodem subiecto ut in intelle=
ctu possibili qui est impartibilis ex. 3. de anima. Sed quia con
Com. 56. tra arguere non est soluere. ideo dicendum est, quòd species
eiusdem generis habent contrarietatem: quia habent oppositio=
nem. ergo uel contradictoriam uel relatiuam &c. sed non sunt
contradictoriæ species cum sint ambæ positiuæ entis nec priua=
tiue opposita sunt: quia non sunt priuatio & habitus, nec relati=
ue: quia non dependent adinuicem. ergo relinquitur q. sint con=
D trariæ. Et cum dicitur contraria non possunt esse simul. dicen=
dum, quòd non sunt in eodem subiecto secundum idem· quia cor=
poreitas non est in eodem subiecto secūdum idem cum linea: quia
sic linea non est pars superficiei: & superficies non est pars
corporis: sic est de substantia subiecta dimensionibus: quia substā
tia subiecta lineæ non est pars substantie subiectæ superficiei

&c. sed contraria secundum diuersa bene possunt esse in eodem E
subiecto: sicut quæ non sunt partes illius substantiæ. Et sciē
dum quomodo hoc sit intelligendum. unde sicut corpus præsup
ponit superficiem: & non est pars eius, sic substantia subiecta
corporeitati præsupponit substantiam subiectam superficiei, quæ
etiam non est pars eius &c. Sed ista solutio non sufficeret in
scientiæ quia plures scientiæ secundum idem sunt in eodem subie
cto: immo etiam omnes scientiæ sunt in intellectu possibili. &
ideo aliter est dicendum per interemptionem, quia contraria
possunt esse in eodem subiecto ut scientiæ. Ad probationem di=
cendum, quòd quædam sunt contraria perfecta contrarietate,
& illa non sunt simul in eodem subiecto ut calidissimum & fri
gidissimum in summo· sed alia sunt contraria contrarietate di=
minuta, unde notandum, quòd diminuta contrarietas causatur
ex duobus. Vno modo ex negatione ultime perfectionis, quia
non habent perfectiones in summo ut media per commixtionem
extremorum Commen. dicit in primo physi. quòd in medijs sunt Com. 56.
ambo extrema in actu: non tamen summa perfectione. Secundo F
modo prouenit diminuta contrarietas ex negatione actualitatis
& passibilitatis adinuicem, quæ non agunt & patiuntur adin=
uicem nec corrumpuntur inter se adinuicem sic scientie sunt
contrariæ adinuicem. Vnde si diceremus quod omnia contraria
sunt actiua & passiua adinuicem, non possemus euadere istam
difficultatem. unde aliqui propter ignorantiam huius negant.
species non esse contrarias uera contrarietate: sed quòd contra
riantur sicut perfectum & imperfectum, & hoc non ualet,
quia inter species eiusdem generis est oppositio uera uel con=
tradictoria uel priuatiua, ut prius declaratum est. Ad quin=
tum si sunt tres &c. dicendum quòd differunt secundum speciem
Et cum dicitur. quòd species contrariæ non possunt eē simul. di=
cendum quòd uerum est: si sint contrariæ contrarietate perfe=
cta: sed si non: tunc possunt simul esse in eodem subiecto, ut iam
declaratum est.

G

¶ *Totum autem cuius hæ partes: perfectum necesse est esse: & quemadmodum nomen signi= ficat omni quaque et non hac quidem: hac autem non. Tex.* Commen. IIII. Quest. VI.


Onsequenter queritur. Vtrum totum uni
uersum sit perfectum, & arguitur quòd
non. quia illud non est perfectum, cui ali=
quid deficit, & cui potest fieri additio:
quia perfecto nihil deficit nec ei potest
fieri additio: sed uniuerso multa defi=
ciunt: ut etiam aliqua possint addi ei
Et confirmatur: quia deficiunt ei aliquæ species ut rosa=
rum species in hyeme, & niues in estate. Et confirma= H
tur ex parte numerorum, quia numeri deficiunt uniuerso
cum species eorum procedant in infinitum: quia quocunque
numero dato est accipere maiorem, & ita omnes species nume=
ri non sunt in actu: sed fiunt succedente tempore, & possunt ad=
di toti uniuerso. Item quod habet principium medium & fi=
nem est perfectum, quia hæc exigutur ad perfectionem in cor=

I poribus scilicet principium medium & finis: sed uniuersum non habet principium & finem, quia perpetuum est, & ideo infinitum. Item quod est pars totius, non est perfectum: quia pars est in potentia in toto: sed uniuersum est pars totius, sicut scientia quæ traditur in hoc libro est pars scientiæ naturalis, modo sicut se habet scientia ad scientiam sic subiectum ad subiectum: sed hæc scientia est pars scientiæ naturalis. ergo subiectũ eius, quod est totum uniuersum, est pars entis mobilis simpliciter, quod est subiectum scientiæ naturalis. Oppositum patet auctoritate Arist. in primo capitulo istius primi, quia dicit Aristo. totum uniuersum est perfectum.

T.c.4. NOTANDVM q totum uniuersum sumitur duobus modis. Vnomodo pro toto aggregato ex omnibus entibus corporalibus & incorporalibus Aliomodo sumitur pro omnibus corporalibus circunscribendo in corporalia, quæ dicuntur principia abstracta. Vlterius sciendum: ut dicitur quinto meta. capite de perfecto. perfectum accipitur dupliciter. perfectum quod non exceditur ab alio in perfectione: & dicit Aristo. q illud perfe-

T.c.21. K ctum non habet hiperolem id est excessum & habet omnes perfectiones. Aliomodo perfectum est in genere nõ quod accipiatur genus pro prædicabili genere: sed pro re communi. & illud perfectum est, quod habet perfectiones, quæ requiruntur ad genus, & a nullo istius generis exceditur. sicut medicus dicitur perfectus in genere, qui non exceditur in genere illo medico in perfectione medici: sed habet omnes perfectiones, quæ requiruntur ad medicum. Tunc dicendum est ad quæsticnem, q si loquamur de nniuerso primo modo: tunc uniuersum est perfectum totum simpliciter, sed si loquamur de uniuerso secundo modo: tunc non est perfectum simpliciter. tertio dicẽdum, q illud uniuersum est perfectum in genere naturæ corporalis Ratio primi, quod non habet excedens ipsum in perfectione, & continet in se omnes perfectiones, est perfectum simpliciter, sed uniuersum primo modo dictum est huiusmodi: quia continet perfectiones corporales & in corporales. Ratio secundi. illud, quod exceditur

L in perfectione, & non continet omnes perfectiones in se non est perfectum simpliciter: sed uniuersum secundo modo sumptum est huiusmodi: quoniam exceditur a primo, quod est perfectius omnibus corporibus: quiã ab ipso dependet cœlum & tota natura. 12. met. & est optimũ eorum quæ in natura. tertiũ probatur sic quia q habet omnes perfectiones corporalis est perfe-

T.c.38. ctum in genere corporum: sed totum uniuersum est huiusmodi: quia habet tres dimensiones & illæ sunt omnes & ternarius est numerus perfectus, & omne. Item extra quod nihil est perfectũ est perfectione spetiali, sed extra uniuersum secũdo modo sumptum est nihil, quia da quod aliquid sit extra ipsum: tunc non esset totum, & esset cõtradictio: quia esset totũ & non totũ. Sed hic est dubium cum dicitur, q uniuersum primo modo dictum est perfectum simpliciter, hoc non uidetur uerum, quia si esset simpliciter perfectum, tunc esset deus: sed hoc est nephas, quia illud uniuersum non est deus: quia deus est substantia simplicissima, & non est aggregatum ex omnibus entibus. cõsequẽtia patet. nihil est perfectum simpliciter nisi deus quinto meta. Dicẽdũ cũ dicitur si uniuersum &c. dico q non sequitur, quia deus cõti

M net diuersimode omnes perfectiones, et totũ, uniuersum totũ uniuersum continet omnes perfectiones formaliter & distincte, sed deus causaliter continet omnes perfectiones uniuoce, & in deo nulla uocalis distinctio cadit nec accidentis ne substãtiæ. Sed aliqui arguunt q deus habeat omnes perfectiones formaliter, & N

supponunt quòd esse perfectionis formaliter est profectio formaliter ex hoc sic. In quocunque est esse perfectionis formaliter est perfectio formaliter, sed in deo est esse perfectionis formaliter. ideo &c. Dicendum, q perfectiones in deo non sunt nisi causaliter & eminenter, & si quæratur in quo genere dicitur. dicendum q in genere causæ finalis & efficientis & unitissime nec est distinctio in re abstracta secundum rem sed secundum rationem tantum. Ad argumentum. cum dicitur. In quocunque est. &c. uerum est eo modo, quo est in eo formaliter. Et cum dicitur. in deo &c. dicendum q esse perfectionis non formaliter est in deo: sed causaliter: quia deus est causa finalis esse perfectionis, &c. & est finis uel efficiens sed esse perfectionis non est in deo formaliter & inherenter: sed tantum uirtualiter. & in quo est aliquid formaliter illud est in eo inherenter. Aliud dubium est. dictum est, q in deo sunt omnes perfectiones eminen- O

ter & causaliter. uidetur similiter, q istæ perfectiones sint in toto uniuerso. & tunc quæritur utrum totum uniuersum sit perfectius deo uel econuerso. & uidetur q totum uniuersum sit perfectius, quia dicit Arist. primo ethico. felicitas connumerata mi- Cap. 8

nimo bonorum eligibilior est. modo sicut fœlicitas habet se ad minimum sic deus ad totum residuum. Contra. si deus est imperfectior toto uniuerso, uel hoc est ab eo met, uel ab alio. non ab eo met. quia tunc deus met. esset causa suæ imperfectionis. nec ab alio est imperfectior, quia illud aliud est causatum a deo, & tunc causatum esset perfectius causa: quod est falsum. Dicendum q aliquid est alio perfectius dupliciter. Vuo modo intensiue Alio modo quantitatiue & extensiue, modo uniuersum est perfectius deo extensiue, quia plures continet perfectiones quam deus, sed intensiue deus est perfectior, quia nobiliori modo habet perfectio- P

nes quam totum uniuersum, quia quicquid est in toto uniuerso distincte: & composito modo est in deo simplici modo & modo nobiliori.

ADRATIONES in oppositum. Ad primam illud non est perfectum &c. uerum est non est perfectum simpliciter: & omnibus modis. Et cum dicitur. uniuerso &c. uerum est: & ideo non est simpliciter perfectum: sed est in genere perfectum. Sed ista responsio non sufficit: quia per istam rationem probatur, quòd uniuersum imperfectum est in genere, quia præsentibus potest addi futurum similiter numero indiuiduorum: qui nunc est potest addi numerus indiuiduorum in futuro: quia proceditur in talibus in infinitum. similiter species possunt addi ut rosarum presentibus in hyeme. ergo aliter respondetur: cum ditur. illud cui aliquid deficit &c. dicendum quòd uerum est: si potest addi essentialiter. Et cum dicitur. uniuerso &c. dicendum quód ista additio non pertinet ad primam & essentialem perfectionem: quia numeri non sunt de essentiali perfectione uniuersi sed sunt de bene esse & de accidentali perfectione. Et cum dicitur. quòd aliqua species &c. dicendum quòd species perfectæ sunt in omni tempore: licet non sint in quolibet climate. unde licet rosæ in isto climate in hyeme non Q

sint: tamen in alio climate: ubi est temperatus aer etiam sunt semper. unde Linconiensis primo posteriorum. omnes species uniuersi oportet aliquando manere, aliter totum uniuersum non esset perfectum.

Ad secundũ quod habet principium &c. cõcedo. Et cum dicitur uniuersum &c. uerum est. uniuersum esse infinitum in dura-

A
pri. cœli. T. c. 20. & .8. phy. T. c. 53. tione ut Arist. uult: tamen habet principium magnitudinis.
Ad tertium, quod est pars &c. uerum est si est uera pars: & non eminenter. Et cum dicitur q &c. aliqui dicunt, quod totum uniuersum non est subiectum hic, sed mobile ad ubi, sed idem est dicere realiter hoc cum alio, & ideo dicendum, q uniuersum non est perfectum simpliciter: tamen est perfectum in genere determinato. Aliter potest dici concedendo maiorem. Et cum dicitur, uniuersum &c. dicendum, q in uniuerso mobili secundum ubi, est duo considerare scilicet substātiam & mobilitatem modo totum uniuersum quantum ad substantiam non est pars mobilis entis: sed conuertitur secum: quia unum non comprehendit plura supposita quàm reliquum: sed si consideratur quantum ad mobilitatem non est idem: sed est pars eius: quia si est potentia mouendi ad ubi tūc est potentia motus, & nō econuerso: si est potentia motus, quòd sit potentia mouendi ad ubi: quia hoc habet se in plus sicut motus simpliciter; ad motum localē &
B sic ad illud.

Omnia enim physica corpora & magnitudines secundum seipsa mobilia dicimus esse secundum locum. Naturam enim principium motus esse dicimus in ipsis. Tex. commen. V. Quæstio. VII.



T. c. 5. Onsequenter quæritur circa illam partem. Omnia corpora physica. Vtrum corpus generaliter sit per se mobile secundum locum, et arguitur quòd non quia illud, quod est per se mobile secundum locum, hoc est per se in loco, sed cœlum non est per se in loco. ideo &c. maior patet: quia quod per accidens est in loco, per accidens mouetur: ut albedo uel musica. ergo per oppositum, quod per se mouetur, per se est in loco: quia si propositum in propo-
C site, & oppositum in opposito. minor patet, cœlum per accidens est in loco: quia per centrum saltem quo ad ultimam sphæram: ut
T. c. 43. dicit Auer. quarto physi. Item probatur: quia cœlum non mouetur naturaliter, quia motus naturalis debet esse a principio intrinseco, sed cœlum mouetur ab extrinseco. ideo &c. maior
T. c. 3. patet, secundo phy. & per hoc q motus naturalis est a principio intrinseco differt ab artificialibus motibus. Idem patet se-
T. c. 22. ptimo meta. minor, patet. quia cœlum mouetur ab intelligentia quæ est separata a cœlo secundum q omnes dicunt. Item omne, quod mouetur naturaliter, debet quiescere: quod patet: per diffinitionem naturæ, quia natura est principium motus & status id est quietis: sed quod naturaliter mouetur a natura mouetur, sed cœlum non quiescit, sed mouetur perpetue: ut patet octa-
T. c. 53. uo phy. Itē motus naturalis dicitur esse a dispositiōe innaturali ad naturalē secūdū Auic. in libro sufficiētiæ suæ: sed corpus cœ-
D leste non mouetur a dispositione innaturali ad dispositionem naturalem nam unumquodque signum in circulari motu est naturale cum sit eiusdem dispositionis, est enim principium, et finis et medium. Item motus regularis & uniformis non est naturalis, sed motus cœli est huiusmodi. ideo &c. maior patet: quoniam motus naturalis est uelocior in fine quàm in principio: et uiolen-
T. c. 89. tus econuerso ut patet primo huius ergo motus uniformis: qui semper in æquali tempore æquale spatium per transit, non est naturalis, qualis est motus cœli. minor patet octauo physico. Op- E T. c. 76 T. c. 5.
positum uult Arist. in littera, ubi dicit, q omnia corpora physica secundum se mobilia dicimus esse secundum locum, sed cœlum est corpus naturale: ut omnes concedunt. & hoc uult Commen. ibidem.

NOTANDVM ut patet secundo phy. q natura dicitur T. c. 12.
de materia & forma: tamen ordine quodam: quia prius dicitur de forma demum de materia. Vlterius notandum q motus cœli dupliciter accipitur. Vno modo ut distinguitur a uiolento, quia non est uiolentus: quia motus uiolentus est a principio extrinseco non conferente uim passo: ut dicitur tertio ethi. sed naturalis Cap. 1.
motus est a principio intrinseco. similiter motus uoluntarius est: qui non est a principio: ut, natura sed a uoluntate & intellectu & talis non est naturalis & a natura: ut patet septimo meta. Tunc dicendum est ad questionem, quòd cœlum moue- T. c. 22.
tur per se localiter, quia illud mobile, in quo habet esse natura, T. c. 3.
hoc mouetur per se localiter ex diffinitione naturæ secundo F
phy. quia natura est principium mouendi & quiescendi per se in illo in quo est. ergo in quo est natura sua hoc uidetur moueri per se secundum locum, quia secundum naturam presupponit per se, sed natura dicitur esse in naturali, ut est cœlum: quia naturalia dicuntur a natura, sicut artificialia ab arte: sed cœlum habet naturam in se, & est naturale secundum omnes, rationis minorem. Commentator & Arist. tangunt in littera. Item cœlum mouetur secundum ubi, ergo uel mouetur per se uel per C. 15.
accidens: per sufficientem diuisionem primo poste, sed cœlum nō mouetur per accidens: quia quod mouetur per accidens, non potest esse necessarium, quia omne per accidens contingit non C. 15.
esse, ut patet primo poste, & 8. physi. & 5. meta. sed cœlum T. c. 36.
non contingit non moueri: ut patet octauo physi. quia motus T. c. 7.
est eius sempiternus. Sed dicendum quòd motus cœli est na- T. pri. vsq ad. te. 21.
turalis, ut naturale distinguitur contra uiolentum, cuius ratio est, omnis motus simplex debet esse naturalis alicui corpori simplici, sed motus circularis est simplex: & non po- G
test esse naturalis grauibus & leuibus: quoniam unius corporis, unus est motus simplex secundum naturam propriam, quia licet ignis in concauo orbis lunæ mouetur circulariter, hoc est secundum naturam cummunem, inquantum aptum natum est assequi uirtutem corporis cœlestis. sed ille motus non est secundum naturam propriam. Item motus cœli uel est naturalis uel uiolentus per sufficientem diuisionem: sed cœlum non mouetur uiolenter: quia nullum uiolentum est perpetuum, ut dicit Aristo. in littera, quæ sunt præter pri. cœli. T. c. 15.
naturam in alijs citissime sunt corrupta: sed motus cœli est T. 1. vsq
sempiternus. ex octauo physi. & primo huius. Item ille ad. te. 21. T. c. 35.
motus est naturalis, ad quem mobile habet naturalem inclinationem. & sic motor similiter. & hæc duo sunt de ratione motus naturalis ut distinguitur contra uiolentum, sed cœlum habet naturalem inclinationem ad motum circularem, quia est circularis figuræ. similiter motor habet inclinationem naturalem actiuam ad mouendum cœlum circulariter: quia nec est grauis nec leuis motor, ergo mouet naturaliter circulariter. Tertio. di- H
cendum, q licet motor moueat cœlum naturaliter, ut naturale distinguitur contra uiolentum, non tamen ut distinguitur cōtra uoluntarium, quia quod mouetur ab intellectu per uoluntatem non mouetur naturaliter, ut naturale distinguitur contra uoluntarium: quia motus ab intellectu est uoluntarius. ut patet tertio de anima. sed motor cœli mouet cœlum per intelle- T. c. 50.

I ctum, quia est intelligens motor, & est sine magnitudine: ut pa-
tet octauo. phy. & in sempiternis est idem intelligens & intel-
T.c.18 lectum. unde dicit. Commen. 12. meta. q. mouens cœlorum de uir
Com.36 tutibus animæ habet intellectum & uoluntatem. Tunc quar
to: est dicendum, q. corpus cœleste est alterius naturæ a qua-
tuor elemētis, huius rō ē, illud qd mouetur alio motu à motu gra
uiū & leuiū ē alterius naturæ a grauibus & leuibus, quia mo-
tus arguit naturam, alius motus aliam naturam, sed cœlum mo-
uetur circulariter secundum propriam naturam, & quatuor ele
menta non mouentur circulariter, uel si mouentur circulariter,
hoc non est nisi secundum naturam communem, quæ imprimitur
eis a corporibus super cœlestibus. Item quod est æternum &
incorruptibile hoc est alterius naturæ ab istis inferioribus: quia
inferiora hæc sunt corruptibilia propter habere contrarium: sed
cœlum est incorruptibile & perpetuum, ut patet primo huius.

T.c.20. K Sed hic sunt dubia primū est, q. dictum est, q. in cœlo est natu
ra & mouetur naturaliter, unde aliquis dubitat, q. natura dici-
tur de materia & forma: & primo de forma: ergo si in ipso est
natura, & mouetur naturaliter, cum motus ipsius sit prior alijs
& ipsum est prius naturalibus, ergo motus eius debet esse a na-
tura prima, quæ est forma. ergo habet in se principium mouens:
& mouens est aliud a moto, ergo cœlum est compositum ex ma-
teria & forma, sed hoc est impossibile: quia tunc esset genera-
bile. & corruptibile. Vnde sciendum q. aliquis bene conce-
deret, q. natura, quæ est forma est principium motus in eo sed du
plex est forma separata & coniuncta. modo in ipso principium
motus est forma abstracta ut intelligentia. Contra obijcit Com
men. motus corporum cœlestium differt a motu inferiorum, ergo
hoc erit mediante natura diuersa, & forma, quæ consistat in cœ-
lo secundum inherētiam, ut ignis habet motum diuersum ab alijs
elementis mediante natura, quæ est forma ignis, & consistit in
igne. Item aliud est dubium, quia mouens, quod cognoscit in
diuidua & singularia, uidetur esse forma materialis & corru-
L ptibilis, quoniam intellectus noster non cognoscit indiuidua per
se sine sensu: qui est incorruptibilis motor: quia intellectus per
se intelligit formam. sed materiam mediante sensu ut dicit Com.
3. de anima sed motor cœli cognoscit indiuidua: quia cognoscit re
uolutiones particulares: ut suos effectus: & cognoscit terminos
motus, ut ubi. Item tertium dubium. Commen. dicit inde de
substantia orbis. q. dimensiones corporum generabilium & cor-
ruptibilium præcedunt formam in materia: sed dimensiones cor-
poris cœlestis non insunt ipsis nisi mediante forma. ergo uide-
tur, q. habeant formam inhærentem eis. ratio huius, est quia quā
do aliquid inhæret mediante alio illud magis inhæret mediante
quo inhæret, ut color inhæret corpori mediante superficie. ergo
superficies magis inhæret corpori quàm color, ergo dimensiones
cū inhæreāt corporibus cœlestibus mediāte forma, uidetur q. for
ma magis inhæreat corporibus cœlestibus q̄ dimensiones: sed di
mēsiones inhærent, ergo & forma eorum. Item quartū dubium
est, dictū fuit, q. motus cœli ut naturale distinguitur cōtra uolū
M tariū est uoluntarius & nō naturalis contra uoluntas potest ad
opposita, ut patet 9. met. 7. c. 3. & . secūdo perihermenias. ergo
si motus cœli est a uoluntate, tunc pōt se habere ad oppositū, &
ita potest quiescere cœlum quod est contra Phylo. 8. physi. &c.
Item quinto dubitatur: quia omnis forma subiecta accidenti-
bus est materialis: quia in separatis non sunt accidentia: ut dicit
Cō. 12 met. cō. 15. sed natura, quæ mouet cœlū, habet uolūtatē et
intellectum, quæ uidentur esse accidentia superaddita, quia non
sunt substantiæ, cum sint potentiæ. Ad primum dubium re- N
spondet Commen. dupliciter. primo sic. nos possumus dicere, q.
natura, qua mouetur cœlum dicitur subiectum simplex: quia non
habet formam substantialem perficientem ipsum secundum esse,
& secūdū hoc dicitur natura æquiuoce de ipso et inferioribus. et
hoc est secundum aliam rationem, quia in inferioribus natura nō
solum dicitur de materia: sed etiam de forma in materia, sed in cœ
lo tantū dicitur natura de materia, & secundum hoc oportet di
cere, quod ad naturalem motum non requiritur intrinsecitas
actiui: sed tantum intrinsecitas passiui principij & recipientis
motum, Sed cum arguitur, q. natura primo dicitur de forma.
Commen. non respondet: quia forma est separata. unde potest di-
ci, q. in generabilibus & corruptibilibus ubi est utraq; natura
scilicet materia & forma, prius dicitur de forma: sed in cœlo ubi
est tantum motum, ibi natura non dicitur de forma per prius,
quia ibi natura tantum dicitur de subiecto. Sed contra hoc ar O
guitur, quia sic motus artificialis esset naturalis, quia etiam ha-
bet principia passiua intrinseca, ut lapides & ligna, quæ susci-
piunt motum artificis. Dicendum q. in artificialibus bene est
principium receptiuum intrinsecum, non tamen intrinseca est na
turalis potentia habitus ad motum illum & ad formam motus,
& tamen illa potentia naturalis requiritur ad motum natura-
lem, quia non sufficit q. principium passiuum sit intrinsecum: sed
cum hoc requiritur potentia naturalis ad motum & ad formā
motus: sed hoc deficit in lignis & lapidibus: quia non habent na-
turalem potentiam ad ædificationem & ad formam domus: sed
in cœlo subiectum simplex est intrinsecum, & habet naturalem
potentiam: & habitudinem ad motum secundum ubi: & sic mo-
tus cœli est naturalis naturalitate subiecti: sed non naturalitate
formæ. Aliter respondet Commen. q. non solum in cœlo est na
tura, quæ est receptiua motus, sed etiam est ibi forma, quæ est
principium motus. non consistens in materia, quia non est in cor
pore cœlesti. quia tunc esset generabile & corruptibile: sed est
forma abstracta. unde non solum naturalis est motus propter su- P
biectum simplex: sed etiam propter formam quia in separatis a
materia idem est mouens & finis. Et cum dicitur. motus cœli est
naturalis, conceditur. Et cum dicitur. hoc erit mediante natura
&c. respondet Commentator, q. immo mediante forma: quia si-
cut forma materialis habet materiam propriam, ita forma abstra
cta habet materiam determinatam: quia formæ abstractæ requi-
runt subiectum & etiam innatæ sunt habere subiectum, quod est
neque graue neque leue, & cum dicitur. ergo illa forma inhæret
cœlo. dicendum. q. non, immo fit mediante forma abstracta, quia
formæ abstractæ natæ sunt. ut illud, quod mouetur ab eis, sit ne-
que graue neque leue, sicut requirunt q. sit rotundum corpus.
ergo talis motus requirit formam, non quæ dat esse, sed abstra-
ctā a materia. Sed hic instatur. cum dicitur, q. principium mo
tus cœlestis non solum dicitur natura: sed forma abstracta. Con-
tra. natura est principium intrinsecum: sed talis forma non est in-
trinseca mobili. Ad hoc est dicendum, q. aliquid est principiū
motus intrinsecum intrinsecitate naturali dupliciter. uno modo Q
secundum inhærentiam ut forma animalium hoc in inferiori mun
do. Et ex ipsis materijs animalium cum forma constituitur unū
in esse simpliciter quia non est aliud esse formæ ab esse corporis,
et hæc forma est principium motus secundum inhærentiam, alio
modo aliquid est intrinsecum secundum appropriationem & a-
ptationem, & tale mouens appropriatum, est & aptatum, &
est sic: quia mouet tale mobile, & non aliud & tali uelocitate et

non

A non alia & sub tali quantitate & non maiori nec minori. unda
tala mouens dicit ex indeterminato mobili determinatum: & q.
mouet uno motu & non pluribus & tali uelocitate & non alia.
bene etiam si mobili apponeretur unum astrum uel diminuere-
tur non moueret ipsum: sed si moueret hoc esset secundum fatiga
tionem, in tanta proportione est motor ad mobile: & etiam tan-
to tempore mouet mobile & non minori, ut motor saturni mo-
uet ita saturnum, q. non potest lunam mouere nec in minori tem-
pore, quàm 30. annis. Contra hoc arguitur. quia illa appro-
priatio motoris ad mobile, uel est substantia uel accidens: sed neu
trum potest esse. ergo nihil. maior patet. minor etiam patet. quia
non est substãtia. quia secundum suam substantiã est abstracta nõ
accidens: quia tunc non moueret semper. Dicendum, q. illa ap-
propriatio est exclusio mobilis alterius immediata. Modo cum
B dicitur natura est principium &c. Dicandum uel est principiũ
intrinsecum intrinsecitata inherentiæ uel coaptationis uel ap-
propriationis. modo licet intelligentia non sit intrinseca secun-
dum esse actuale, quia sic est abstracta a cœlo: tamen est intrin-
seca intrinsecitate appropriationis, & illud colligitur ex dictis
Cõ. 38. & 61. Auer. secundo cœli. Ad aliud dubium dicendum propter istã
rationem aliqui ponunt animam imaginatiuã in corpore cœlesti,
qua cognosceret reuolutio es singulares: quia intellectus nõ suffi
cit ad hoc. & secundum hoc dixit cœlum componi ex partibus
essentialibus ut materia & forma. Dicendum est ergo, q. mo
tor cœli cognoscit particulares reuolutiones. Et cum dicitur. er
go est forma materialis. dicendum q. non sequitur, quia quod co-
gnoscit indiuiduum in propria forma & secundum speciem pro-
priam & cognitione diuersa a sua substãtia, sic cognoscens est
forma materialis. Alio modo aliquid potest cognoscera indiuidua
non in propria forma & per speciem propriam sed in sua causa
quia cognoscit causam ex qua de necessitate effectus dependet et
sequitur, & sic est hic, quia intelligentia & cognoscit seipsam
& suam substãtiam, quæ est causa illorum indiuiduorum, & illa
C causa est intelligens & intellectum, & præsentia illius esse est
cognitio indiuiduorum & reuolutionum singularium sicut per
lumen solis presens fit illuminatio, quæ est sequela presentie lu-
minis. sic est hic ut dictum est quia quando sibi presens est intel-
ligentia, & cognoscit se, est cognitio aliorum effectuũ, quæ sunt
sequela illius esse de necessitate. Ad tertium dubiũ quũ dicitur
q. com. 2. cœli com. 3. Et inde substantia orbis a11 forme inferio-
rum sunt in materia mediantibus dimensionibus: quia iste forme
extenduntur extensione dimensionum sed in cœlestibus est econ
tra quia forme cœlestium non extenduntur per dimensiones:
sed dimensiones cœlo insunt propter formam finaliter. Ex
quo dicto fiebat tale argumen. quando aliquid inhæret &c. di-
cendum, q. uerum est ubi dimensiones inhærent mediante forma
tanquam medianta causa subiectiua & mediante principio re-
ceptiuo & forma magis inhæret: sed sic non est in corporibus
cœlestibus. Alio modo potest aliquid inesse mediante forma tan-
quam mediante fine: & sic non est uerum, quòd forma magis in-
D hereat quàm dimensiones nam dimensiones inhærẽt & forma
non: quia est finis dimensionum. unde in substantijs separatis &
finis & medium idem sunt. ideo &c. Ad quartum dubium:
cum dicitur. uoluntas potest ad opposita &c. aliqui concedunt
q. cœlum potest quiescere. Sed illud non potest stare, nam com.
Com. 41. 12. met. comme. 41. inquit possibile est, ut intelligentiæ moueant
semper & ut non moueant semper possunt enim non semper
mouere, si posuerimus illud, ad quod mouentur scilicet primũ mo

torem receptibilem transmutationis cuiuscunque modi possunt E
autem semper mouere, quando illud, ad quod mouentur, fuerit
non transmutabile aliquo modo transmutationis hoc est cum non
fuerit corpus omnino si igitur motum æternũ est necesse est, ut
moueatur per potẽtiã existentem in eo a motore, cui nullus mo-
dus transmutationis accidit, & talis in nulla materia existit
hæc auerois quibus in uerbis uult intelligentias non posse non
semper mouere eo quoniam primus motor similiter intransmu-
tabilis, & per se & per accidens semper mouet quare male di-
cunt asserentes cœlum posse quiescere. ideo aliter est dicendum.
q. uoluntas potest ad opposita cuius actus pendet a uirtute sensi
tiua. sed illa uoluntas, cuius actus non dependet a uirtuta sensi-
tiua, quæ est generabilis & corruptibilis non ualet ad opposita.
ideo etiã uult semper mouere determinate: immo non potest non
mouere & nec etiam nõ uelle mouere. Et cum dicitur ergo non
est libera, dicendum q. est libera in se: quia est propter se. unde li
berum non dicitur q. sit ad opposita ut uelit finem & non uelit: F
sed liberum uidetur uelle finem. ergo determinate se habet ad
unum mouendum. eodem modo, & coaptatum, & immortale: ut
dicit Arist. in littera. Ad quintum dubium. omnis forma su-
biecta &c. dicendum q. uerum est, quæ sunt accñtia in rei ueri-
tate. Et cum dicitur natura, quæ mouet cœlum &c. dicendum se
cundum Commen. q. non sunt diuersæ uirtutes anime: sed sunt
diuersæ secundum nostrum conceptum, quia concipimus intelli-
gẽtias ut intelligentes, et ut uolentes, unde non est inter hæc di-
uersitas intrinseca, unde non solum in primo ista sunt eadem, li-
cet diuersa secundum nostrum conceptum: quia concipimus deum
substãtiam simplicem misericordem: et ita concipimus ut diuersa
in deo non secundum ueritatem sunt sicut in cãtis, unde ista non
sunt in substantijs separatis sicut concipimus scilicet uoluntas
& intellectus, quia idem sunt, sed concipimus illa ut diuersa
sunt. unde Commen, dicit in. 12. meta. q. ista non sunt synonyma. Cõ. 39.
AD RATIONES in oppositum. Ad primam. illud
quod est per se mobile &c. dicendum q. non oportet communiter G
q. quando aliquid moueatur per se sit in loco: quia aliquid est per
se in loco: & tamen mouetur per accidens ut homo in naui. sed
econuerso potest esse: ut dictum est. Vel aliter potest dici: &
conceditur q. illud quod per se mouetur, per se est in loco idest se
cundum naturam. Et cum dicitur. cœlum est non per se &c. di-
cendum q. cœlum est per se in loco. i. secundũ naturam: quia sem
per fuit est & erit in loco: & hoc non potest esse per accidens
quia accidens contingit non esse sed cœlum non contingit non es
se in loco: sed est per accidens in loco id est secundario. unde per
accidens dupliciter dicitur. Vno modo q. est oppositum ei, quod
est secundum naturam. Alio modo per accidens dicitur quod di-
stinguitur contra primum. et hoc adhuc dicitur dupliciter. Vno
modo dicitur per accidens ut distinguitur contra primum id est
secundarium secundum naturam. Alio modo per accidens distin
guitur contra primum id est secundarium quo ad nos & secun-
dum famositatem. modo cœlum per accidens est in loco non ut
distinguatur contra naturam, sed prout distinguitur contra pri H
mum cognitionis & famositatis. Ad secundum. cum dicitur
motus naturalis debet esse a principio intrinseco. uerum est q.
est a principio intrinseco uel secundum aptationem uel secundũ
inhærantiam. Et cum dicitur. motus cœli &c. dicendum q. est a
principio intrinseco secundum appropriationem: ut dictum est.
Ad tertium omne q. mouetur naturaliter &c. dicendum est
per interemptionem: quia aliquid bene mouetur perpetue natu-

I raliter. & cum dicitur ad probationem. natura est principium &c. dicendum q. natura dicitur de eis æquiuoce quia dicitur de eis secundum aliam & aliam rationem: sed ista responsio non sufficit: quia diffinitio tantum competit diffinito &c. ideo dicunt alij q. sumitur hæc coniunctio & pro uel: & hoc sufficit q. pro altera parte uerificetur scilicet cõiunctim uel diuisim, quia in animalibus est principium mouendi, & quiescendi coniunctim in alijs diuisim. Aliter potest dici q. cœlum potest quiescere aliquo modo quietis. Et cum dicitur. hoc est cõtra Aristo in. 8. phy.

8. phy. T.c.76. T.c.100 dicendum q. etiam Aristo. dicit primo huius. q. sphæricũ corpus quiescit. & ideo dicendum q. semper quiescit quia totũ nõ mutat locum subiecto. unde quiescit quiete opposita motui secundum subiectum sed semper mouetur secundum formam & dispositionem Sed obijcitur, quia quies est priuatio motus, in subiecto aptonato &c. ergo illud non quiescit, quod non est aptum natum: sed cœlum totum non est aptum natum moueri subiecto. dicendum q.

K corpus sphericum quiescit totum subiecto: quia non recedit a loco secundum subiectum & uenit ad alium locum ubi prius nihil fuit eius. Tunc ad formam rationis: cum dicitur. quies est priuatio &c. conceditur. Et cum dicitur. ergo id non quiescit &c. uerum est q. nec secundum se nec secundum suum genus natum

T.c.27. est quiescere sicut dicit Aristo. 5. meta. capite de priuatione. Et cum dicitur. cœlum totum &c. uerum est non est natum moueri secundum seipsum: tamen ratione qua est corpus non sibi repugnat quin mutet locum subiecto: sicut talpa dicitur ceca: secundum genus inquantum est animal: sed non secundum naturam propriam: sic cœlum secundum genus natum est moueri secundũ locum subiecto: & hoc uerum est si habet genus: & de hoc sunt opiniones &c. Ad quartum. cum dicitur, motus naturalis debet esse de dispositione &c. concedendum est de mobilibus motu recto & non circulari. Ad quintum cum dicitur. motus regularis &c. dicendum per interemptionem. Et cum dicitur &c. dico, q. hoc intelligitur de illis, quæ mouentur motu recto: & non

L quæ mouentur motu circulari.

¶ Quoniam autem corporum hæc quidem sunt simplicia: hæc autem composita ex his. Dico autem simplicia quæcunque motus principium habẽt secundum naturam: puta ignem & terram: & horum species & cognata his necesse & motus esse: hos quidem simplices. hos autem mixtos aliqualiter. Tex. com. 7. Questio. VIII.



Consequenter quæritur circa diuisionem motus, q. alius est simplex & alius compositus. Vtrũ aliquis motus sit simplex. argumẽtamur q. non, quia nullũ compositũ est simplex: quia hæc distinguuntur: sed

M omnis motus est compositus probatio. quia continuum est compositum, cum sit diuisibile in infinitum & unumquodque diuiditur in ea, ex quibus com

T.c.45. T.c.45. T.c. pri. ponitur. ex primo & 3. phy. sed omnis motus est continuus ut dicit Commen. tertio physi. & etiam Aristo. ibidem dicit. q. tempus & motus consequuntur continuitatem magnitudinis. Item si non est motus compositus & mixtus, non erit motus simplex; quia si unum oppositorũ non est in natura nec reliquum, ut pa- T.c.18. tet. 2. huius, & specialiter est uerum de contrarijs: sed motus mixtus non est in natura, quia motus est actus, & actus est idem quod forma, forma autem est simplex: ut patet in. 6. principijs: Lec.1. quia est contingens componi simplici & inuariabili essentia consistens. simplex autem & mixtum sunt contraria seu opposita. ideo &c. Item si motus esset simplex, uel hic esset: motus corporis cœlestis, uel elemẽti per sufficientem diuisionem: quia motus simplices non possunt esse nisi magnitudinum simplicium, quæ sunt elementa quatuor & quinta essentia: ut patet primo huius. sed motus simplex nõ põt eẽ cœli: q̃a motus q ẽ à diuersis motoribus nõ ẽ simplex sed omnes motus orbium cœlestiũ sunt Co.41. a diuersis motoribus secundum commen 12. meta. quia omnis motus orbium cœlestium est a duplici motore, quorum unus est coniunctus, a quo habet finitam motionem & alius est separatus a quo habet infinitatem. Et confirmatur ista pars: quia motus, O qui est cõpositus ex diuersis motibus non est simplex: sed motus cœli est huiusmodi, quia una pars est a dextro ad sinistrum. alia econtrario & illa sunt contraria sicut sursum & deorsum: ut dicit Arist. in littera unde motus ab oriente in occidentem est a dextro ad sinistrum: & econtrario a sinistro in dextrum ergo est compositus ex contrarijs motibus. Et confirmatur tertio. quia in quolibet simplici pars est eiusdem rationis cum toto: & hoc patet per inductionem in singulis: quia quælibet pars aquæ est aqua: & quælibet pars ignis est ignis: sed quælibet pars motus cœli non est eiusdem rationis cũ toto motu, quia totus motus cœli est circularis: sed quælibet pars circuli nõ est circulatio. ex T.c.93. 4. phy. Similiter probatur, q. motus elementi nõ est simplex: quia elementũ aeris mouetur sursum et deorsum: quia quãdo ipse aer est in loco ignis descendit: & quando est in loco aquæ ascendit, & iste motus est cõpositus ex cõtrarijs. ergo nõ est simplex. Itẽ si motus esset simplex, tunc esset primũ motus, sed in motu non est primũ maior patet. si est simplex motus tunc est prior compo sito: sed prius & posterius non sunt nisi sit primum, ut patet. 5. T.c.16. meta. cap. de priore. minor patet. 6. phy. ubi probatum est, q. non P est primum motus ex parte motus, temporis, & termini qui acquiritur per motum. Item si motus est simplex, & mobile T.c.59. est simplex: quia sicut compositus motus est corporis compositi sic simplex motus corporis simplicis: sed mobile non est simplex: quia in omni eo, quod mouetur necesse est intelligere materiam. T.c.12. 2. meta. & in quo est materia est forma: quia materia non est sine forma. T.c.7. Oppositionum uult Arist. in littera quia sicut magnitudo est simplex recta & circularis sic motus est simplex & hoc idem uult Commen.

NOTANDVM ad intellectum questionis, sicut multipliciter dicitur compositum, sic & simplex, quia quot modis dicitur unũ oppositorum tot modis dicitur et reliquum primo topic. Cap.12. & hoc est uerum quantum ad significata. Compositum dicitur uno modo compositum ex partibus quãtitatiuis: ut linea cõponitur ex partibus lineæ, quæ sunt quantitatiuæ partes. secundo modo aliquid est compositum ex principijs essentialibus ex materia Q & forma, quæ sunt principia transmutationis. tertio modo dicitur aliquid compositum ex principijs quidditatiuis seu partibus ut ex genere & differẽtia. quæ sunt partes diffinitionis quarto modo aliquid est componimentum ex diuersis naturis. Per hoc solet responderi ad questionem, primo q. nullus motus est simplex primo modo quia nullum continuum potest esse simplex simplicitate opposita compositioni ex partibus quantitatiuis, quia

A

T.c.39. T.c.8.1. illud est diuisibile in semper diuisibilia.6. phy. & primo huius sed motus est continuus: ut praeallegatum est per commen. Secundo dicendum, q. nullus motus est simplex simplicitate opposita componi ex partibus quidditatiuis, quia omne quod continetur sub genere, est compositum ex partibus quidditatiuis
T.c.43. quia genus & differentia sunt principia diffinitionis.7.meta. &c. 2.poste, sed motus continetur sub genere, & etiam per differentiam distinguitur ab alio. ergo est compositus ex genere & differentia. Tertio dicendum, q. motus est simplex simplicitate opposita compositioni ex materia & forma, quia nullus actus simplex est compositus ex materia & forma, quae sunt principia transmutationis: sed motus est actus: ut patet.3.physi. ideo &c. Quarto dicendum q. motus coeli est simplex modo simplicitatis quae est opposita compositioni ex diuersis naturis cuius ratio est. illud est simplex, quod non mouetur nisi ab uno &
B simplici motore, & etiam recipitur in uno mobili simplici: sed quilibet motus coelestis est huiusmodi quia est ab uno motore simplici, & est in subiecto simplici: quia coelum est subiectum simplex non habens formam perficientem materiam. ut dicit Com.
In libro 3 sub. orbis &.8. met. T.c.12. Et sciendum q. quamuis motus sit simplex: quia determinate fit a motore simplici, & recipitur in mobili simplici: tamen Arist. sic non intellexit: quia motus elementorum sic non esset simplex cum elementa sint composita ex materia & forma: sed bene elementa sunt simplicia per negationem mixtionis ergo dicendum est aliter, q. motus simplex est ille, cuius motor est simplex: & cuius mobile non habet aptitudinem ad oppositum motum, & econtrario. motus compositus est, quando mobile habet aptitudinem ad oppositum motum, ut motus animalis est compositus: quia si animal mouetur sursum, habet naturalem aptitudinem ut moueatur deorsum per animam, quae est principium mouendi ad omnem differentiam positionis sursum, deorsum, ante, et retro &c. & sic motus coeli & elementorum sunt simplices: quia ille mo-
C tus est simplex, cuius mobile mouetur ad unam differentiam positionis, & habet naturalem aptitudinem sic mouendi & non ad aliam: sed quaelibet pars coeli est huiusmodi quia sol habet naturalem aptitudinem mouendi ab oriente in occidens, quod est a dextro ad sinistrum per superius hemispaerium, & hoc non est secundum naturam propriam, sed inquantum regitur motu primi mobilis. Et ab occidente in orientem per superius hemispharium & secundum naturam propriam, quia omni die mouetur ab occidente in oriens uno gradu fere. non mouetur autem in superiori hemisphaerio ad oppositum nisi sit per rationem aliquam communem, & hoc non est secundum naturam propriam, sed inquantum regitur motu primi mobilis. similiter ignis habet naturalem aptitudinem mouendi sursum & non ad oppositum, terra deorsum. secus autem est de mixtis, quae mouentur sursum & deorsum ad dextrum & sinistrum motu augmentationis. ut plante & animalia, ut patet.2.de anima.

AD RATIONES Ad primam, nullum compositum &c. uerum est simplicitate opposita compositioni ex partibus quiddi-
D tatiuis, sed bene potest esse simplex alia simplicitate. Et cum dicitur. omnis motus &c. uerum est si est compositus ex partibus quidditatiuis, sed tamen non est compositus, quod mobile eius sit natum moueri diuersis motibus ad diuersa, sed tantum natum est moueri ad unum ubi, ut dictum est. ergo est simplex illo modo. Ad aliud cum dicitur, si non est motus &c. concedatur maior, ad minorem: motus mixtus non est &c. falsum est quia motus mixtus est, et compositus, cuius mobile natum est moueri ad diuersa ubi sursum & deorsum &c. ergo B
motus simplex est: cuius mobile natum est moueri tantum ad differentiam unam positionis. Ad tertium dicendum, q. motus utrinque est simplex: & cum dicitur: sed motus simplex &c. Dicendum, q. motus corporum coelestium est simplex, quia eius mobile non est natum moueri ad diuersa ubi. Ad probationem secundum Commen. omnis motus coelestium est a duplici &c. uerum est, si esset a diuersis motoribus tendentibus ad diuersa ubi sed si motores sunt ordinati essentialiter & tendunt mouere ad unam partem positionis, tunc bene est simplex. Et cum dicitur in confirmatione, quia motus qui est &c. uerum est, cum non tendunt ad diuersas partes positionis mouere, sed ad eandem differentiam positionis, ut sol mouetur tantum a motore a dextro ad sinistrum in superiori hemisperio secundum naturam propriam, ut dictum est. Ad aliam confirmationem cum dicitur in quolibet &c. concedatur, & cum dicitur, quelibet pars &c. dico licet in coelo sit dextrum & sinistrum: non tamen habent contrarieta- F
tem. unde & motus non sunt contrarij: quia non mensurantur illi motus distantia secundum circunferentiam sed secundum lineam rectam. unde non contrariantur: quia per consequens non mensurantur circunferentia, propter infinitatem eorum: quia uni infinita essent contraria, ut dictum est. Aliter respondetur. concedatur maior, & cum dicitur. partes &c. dicendum q. partes iste non sunt simpliciter contrarie: sed habent aliquam diuersitatem. Et cum probatur per Arist. dicendum q. Aristo. non uult q. dextrum & sinistrum in coelo simpliciter sint contraria: quia loquitur sub conditione si est contrarietas in coelo: ut aliqui uolunt. Similiter dicendum de elemento, q. motus eius etiam potest esse simplex, & cum dicitur q. elementum aeris &c. Dicendum q. motus aeris non est compositus &c. quia siue aer moueatur deorsum quando est in loco ignis uel sursum quando est in loco aquae: tamen semper est ad eundem locum in se. ergo motus isti non sunt contrarij. ideo &c. Ad quartum cum dicitur si motus esset simplex &c. Dicendum, q. primum motus G
dupliciter dicitur, uno modo respectu aliorum motuum, quorum non est pars. alio modo q. primum in motu dicitur, q. sit prima pars motus, primo modo bene est dare primum motum, ut motum primi mobilis: sed secundo modo non. Ad quintum si motus &c. uerum est simplicitate dicta, cuius natura habet habitudinem non ad diuersa ubi: sed ad unum. Et cum dicitur in omni &c. dicendum, q. Commen. exponit de motu generationis, sed quod mouetur quocunque motu non oportet q. habeat materiam, quae sit in potentia ad esse, sed sufficit q. sit subiectum simplex in actu, & sit in potentia unde & quo. & illa materia bene est in coelo qua est in potentia unde & quo: sicut dicit Aristo. in octauo me T.c.12.
ta. ideo &c.

Questio. IX.

Consequenter queritur. Vtrum corpus mixtum moueatur motu elementi praedominantis. & arguitur q. non, quia illa, quae differunt secundum speciem, unum non mouetur motu H
alterius: quia diuersitas speciei arguit diuersitatem naturae, & natura est principium motus: ex secundo physico, sed mix- T.c.3.
tum & simplex differunt secundum speciem: quia secundum formam, & diuersitas secundum formam est secundum speciem: ut T.c.25.
patet secundo posteriorum. &.10.meta. Item si mixtum moueretur secundum praedominans elementum: tunc mixtum esset T.c.20.
elementum: sed hoc est falsum: quia mixtum non est aliquod elementorum. ut patet secundo de generatione. consequentia patet: quia, nihil mouetur motu elementi nisi elementum sicut: nihil mo

I uetur motu hominis nisi homo.ideo &c. Item si per se loquendo
mixtum moueretur motu elementi prædominantis,omnia mixta
mouerentur deorsum:sed hoc patet falsum:secundum q. aliquod
mixtum non mouetur deorsum motu recto:ut sydus uolans &
uenti:quia istorum est latio oblique:ex 1.meteo ca.5.& .2.mete.
T.c.49 cap. 4 . cõsequẽtia patet:quia in quolibet mixto dominatur ter-
T.c.6.6. ra:ut patet secundo de generatione .quarto metheo . & graue
mouetur deorsum : ex quarto huius. Oppositum patet per
T.c.7. Arist.in littera.q. mixtum mouetur secundum elementum præ
dominans & idem uult Commentator.

NOTANDVM sicut prius dictum est,q. duplex est mo-
tus scilicet simplex & mixtus.Simplex motus est,cuius mobi-
le non habet naturalem inclinationem ad motum oppositum : ut
ignis mouetur sursum. & non habet aptitudinem naturalem, ut
moueatur deorsum,sed mixtus motus est,cuius mobile habet na
turalem aptitudinem ad motum oppositum:ita q. non solum mo-
K uetur illo motu:sed etiam opposito.ut animal per appetitum non
solum mouetur ad dextrum:sed etiam ad sinistrum,& ante &
retro &c. Et sciendum,q. in quæstione præsupponitur,quòd
aliquod elementum sit predominans : & hoc supposito quærit
Com.7. propositum,& hoc probat Com.hic & secundo de generatione.
Co.48. quòd mixtum non est æqualis compositionis : & intelligit per
æqualem compositionem æquationem omnium miscibilium in uir
tutibus:ut quòd sit æqualiter graue leue calidum & frigidum
.& c.hoc probat Com.quia si mixtum esset æqualis compositio-
nis,tũc nõ moueretur aliquo motu: sed hoc ẽ falsum:ut patet ad
sensum,consequẽtiam probat:quia si esset æqualis compositionis
et moueretur:uel moueretur motu unius,uel pluriũ uel nullius.
Si motu nullius:tunc nõ moueretur:quod est propositũ.Si moue
tur motu pluriũ:tunc æqualiter moueretur sursum et deorsum et
ad omnia loca:qđ etiã uidetur impossibile . Similiter nec moue-
tur motu unius:quia qua ratione moueretur motu unius eadem
rõne moueretur motu alterius. Tunc dicendũ est ad quæstionẽ,
q. mixtũ mouetur motu elemẽti predominantis,et mouetur motu
simplici,de quo dictũ est prius:quia si dominatur terra:tũc mo-
L uetur deorsum: si ignis mouetur sursum,ratio huius est quia si
mouetur motu simplici mixtum:uel mouetur motu mixti,uel ele
menti predominantis,uel elementi dominati uel deuicti, & hoc
patet per sufficientẽ diuisionem,quia pluribus modis nõ uidetur
mixtum moueri:modo mixtum non mouetur motu simplici na-
tura mix ti,ut lapis nõ mouetur deorsum ex natura lapidis:quia
simplex motus non est in diuersis naturis,ut patet in litera,sed
motus deorsum est motus simplex qui est a grauitate.nec moue-
tur motu elementi dominati & deuicti:quia in mixto sẽper sunt
tria deuicta & unũ predominans : sed a tribus naturis non est
unus motus simplex.ergo relinquitur,q. motus sit a natura ele
mẽti predominantis,quod est unum tantum.Itẽ illud debet mo
ueri secundum motum elementi,cuius principium motus in se ha
bet,sed mixtum habet principiũ elementi predominãtis ut lapis
in se habet principium motus terræ ut grauitatem.Sciẽdũ quòd
quamuis mixtum moueatur motu elementi predominantis : &
M hoc simplici motu:tamen in mixto motu non est principiũ elemẽ
ti predominãtis ut si aĩal mouetur motu progressiuo non moue
tur motu elementi predominantis:sed per appetitum . Similiter
lapis.si mouetur sursum nõ est per naturam elementi predomi-
nantis. Sed hic sunt dubia.quia Commentator dicit,quòd mix
tum non est æqualis compositionis.Contra.aliqua non dicuntur
magis & minus nisi per comparationem ad primum.ut patet
quinto meta.& illud est uerum in positiuis entibus licet non sit N
uerum in priuatiuis,sed aliqua mixta dicuntur magis & minus
temperata quam alia,ut complexio dicitur magis & minus tẽpe
rata,ergo opz q. ẽt mixta dicantur temperata simpliciter : &
oportet quòd aliqua complexio sit simpliciter temperata,hoc nõ
est nisi per æqualem compositionem & uirtutem æqualem mi-
scibilium in mixto:sed non esset æqualis complexio , si terra &
ignis dominarentur. Aliud dubium est,quia dictum est,quòd
mixtum mouetur motu elementi predominantis.Contra.ille mo
tus non est simplex:ad cuius oppositum mobile habet inclinatio-
nem naturalem,sed mixtum si deorsum mouetur habet naturæ-
lem inclinationẽ ad oppositũ:ut animal mouetur motu progres-
siuo deorsum: potest sursum moueri ante & retro. Tertiũ
dubium est.si sic esset, quòd mixtum moueretur motu simplici
elementi predominantis:uel hoc esset a natura materiæ,uel a na
tura formæ:uel ex natura uirtutis mediæ,quæ saluatur in eis.
per sufficientẽ diuisionẽ:sed non est ex natura formæ quæ est for O
ma substãtialis:quia si hoc esset:tũc forma substantialis elementi
esset in mixto:quod est falsum:quia tunc in uno mixto essent plu
res formæ substãtiales:quod est impossibile:et unũ ens esset plu
ra entia.Nec est ex natura materiæ,quia materia non est prin-
cipium determinati motus:quia indifferens est ad quemcunque
motum quantum est de se.Nec hoc est ex uirtute , quæ saluatur
in eis:quia uel esset ex parte uirtutis communis : uel propriæ
non propriæ:quia ubi est propria uirtus elementi est forma ele-
menti,quia propria uirtus non est sine forma . Similiter nec est
ex parte uirtutis communis,quia tunc non moueretur motu il-
lius elementi:sed motu communi cum illa uirtus sit communis.

Ad primum dubium cum dicitur,ubicunque &c. ad hoc me
dici habent dicere , quia ponunt complexionem simpliciter
mediam inter magis & minus,quam uocant policletum.Tamen
dicendum,q. uerum est quòd ibi est simplex tale secundum quòd
est possibile in tali natura.Et cum dicitur. aliqua mixta &c.
dicendum quòd est aliqua complexio temperata media secundum P
quòd est possibile:sicut est complexio hominis respectu aliorum:
quia maxime elementa temperata sunt in qualitatibus tangibili
bus:quia habent nobilissimam materiam. Et cum dicitur . tunc
sunt æqualis compositionis.dicẽdum quòd non requiritur, quòd
sic sit complexio simpliciter temperata:sed ut est possibile.unde
non oportet quòd complexio miscibilium sit æqualis uirtutis:sed
q. elementa sint elongata ab excellentijs contrariorũ ut a quali
tatibus tãgibilibus: & hoc est simpliciter temperamẽtum:ut est
possibile in natura:sed simpliciter non est mediũ miscibilium, &
compositionis quo ad æqualitatem omnium uirtutum:sed tantũ
quantum ad elongationem maximam ab excellentijs contrario-
rum qualitatum tangibilium: & sic inter magis & minus tale
temperamentum dicitur in compositione huius medium. Ad
secundum dubium dicendum est quòd uerum est de subiecto pri-
mo quòd mouetur primo illo motu: sed mixtum mouetur motu
elementi prædominantis non ut subiectum primum : quia
sic elementum primo mouetur . unde mixtum potest habe- Q
re naturalem inclinationem ad motum alium : quia moue-
tur ut secundarium subiectum motus elementi. Ad aliud
dicendum , quòd mouetur per naturam formæ elementi pre-
dominantis:quia illa forma remanet in mixto non in summa per-
fectione & libera sed sub esse refracto: & sub esse ligato:ut di-
cit Albertus primo de generatione.& Commen. 3.cœli. Et cũ Cõ.67.
dicitur.tunc in uno &c.dicendum quòd bene habet plures for-
mas

A mas substantiales ordinatas. Imo hoc est necessarium: quia materia prima recipit primo formas uniuersales magis. deinde pri.met. Com. 17. minus uniuersales usq; ad formas indiuiduales. ut dicit Commen. quia etiam materia recipit primo formas elementorum: deinde mixtorum. sed hoc non esset nisi remanerent formæ saltem sub esse remisso. Et cum dicitur. unum ens & c. dicēdum quod non est uerum: immo unum ens bene est ex pluribus entibus quia mixtio est unio miscibilium alteratorum, in primo T.c.9 de generatione. sed hoc non esset nisi unum ens componeretur ex pluribus entibus quæ faciunt unum ens. quia sunt ordinata sic. & hoc est necessarium.

AD RATIONES in oppositū. Ad primam illa quæ differunt & c. dicendum quod uerum est quod non mouetur primo motu eius: sed secundario motu eius bene mouetur. Et cum dicitur. mixtum & simplex & c. uerum est quando miscibilia actu sunt extra mixtum: ut terra in loco suo & ignis in suo: tunc differunt secundum spetiem a mixto: sed quādo consistunt in mixto: tunc non differunt specie: quia non habent formas in ultima perfectione: sed sub esse refracto & cōtinentur sub forma mixti. Vel dicendum quod non moue- B tur motu elementi predominātis primo sed secundario gratia elementi existentis quod est pars essentialis mixti. Ad secūdum dicendum cum dicitur si mixtum moueretur & c. uerū est quod mouetur motu elementi primo est elementū: sed si mouetur motu elementi secundario non oportet modo mixtū non mouetur motu elementi primo: sed secundario inquantum includit tale elemētum quod est pars essentialis eius quod sic mouetur. Ad tertium cum dicitur. si per se loquendo & c. dicendum quod duplicia sunt mixta: quedam perfecta & terminata quæ habent figuras terminatas. alia interminata & imperfecta quæ non habent figuras fixas & manentes diu: sed cito mutantur: modo intelligitur de mixtis perfectis quæ mouentur motu elementi predominantis nisi prohibeantur ut animal mouetur deorsum: nisi aliquid impediat intrinsecum: uel extrinsecum, ut anima uel appetitus quæ motu alio mo- C uent quam elementi prædominantis. Et cum dicitur: quod uenti & c. uerum est unde aliquid prohibet ut frigidum prohibens est quod mouet aliter uel ad alium situm quam sint naturaliter nata moueri: ut patet.

Simplicium quidem simplices. mixtos autem compositorum. Moueri autem secundum predominans. Tex. cōmen. VII. Quæst. X.



Onsequenter quæritur. Vtrum unius corporis simplicis sit unus motus simplex. Arguitur quod non, animal est simplex corpus per negationem mixti: ut loquimur hic de simplici quod est compositum ex uera mate- D ria & uera forma. sed animal habet motus plures: quia ad dextrum & ad sinistrum & c. & motū elemēti. Itē corpus cæleste est simplex: quia est subiectū simplex 1. cæli. Com. 71. secundum Commen. sed quilibet orbis præter primum orbem mouetur multis motibus ut ab oriente in occidentē & econuerso: ut patet per astronomicas obseruationes & c. Itē elementum ignis & aer sunt simplicia corpora secundum Arist. & mouentur pluribus motibus, ut ignis mouetur circulari- E ter in sua sphera & aer superior circunducitur. ut patet primo metheo. & etiam mouentur proprijs motibus sursum. Item unius corpis simplicis diuersæ sunt naturæ: ut materia T.c.3. & forma: sed natura est principiū motus. secūdo phisic. & diuersæ naturæ sunt principia diuersorum motuum. ideo his diuersis motibus mouentur. Oppositum patet auctoritate Arist. in litera .d. quod unius corporis simplicis unus est mo- T.c.7.&8 tus simplex: & idem uult Commen.

DICENDVM quod unius corporis simplicis secundum negationem mixti est unus motus simplex secundum unam naturam propriam. & Arist. non resoluit hic neq; probat: sed accipit pro per se noto. Tamen ratio huius potest esse unius corporis non est nisi una natura propria. ergo etiam non est nisi unus motus simplex. antecedens patet: quia si species haberent diuersas naturas: tunc haberent diuersas formas specificas: & per consequens essent diuersa entia. consequentia patet: cuius est una natura propria est unus motus quia motus procedit a natura. Notandum F quod licet unius corporis simplicis non sit nisi unus motus secundum naturam propriam, tamen diuersi motus possunt esse unius corporis secundum diuersas naturas, quia potest habere unum motum secundum naturam propriam: & alium motum secundum naturam cōmunem, ut orbis cælestis est unius simplicis naturæ: & mouetur secundum diuersos motus quia omnes orbes præter primum mouentur ab occidente in oriens secūdum motorem proprium & naturam propriam & secundum naturam communem mouentur ab oriente in occidens a cōmuni & separato motore motu primi mobilis modo secundum diuersitatem motorum est diuersitas motuum in inferioribus, unde secundum diuersas naturas in istis est diuersitas motuum quia ignis dicitur moueri in sphera sua propria circulariter inquantum a corporibus cælestibus mouetur & hoc est secundum naturam communem Similiter pars aquæ circunducitur secundum naturam communem ut motione corporum cælestiū mouetur sed motu recto secundum naturam propriam. G

PER HOC ad rationes. Ad primam animal est simplex & c. nego. immo animal componitur ex elementis. Et cum dicitur. non habet nisi unam formam & c. dicitur cōmuniter secundum illos qui negant pluralitatem formarū, quod licet non sit compositum substantialiter & realiter ex pluribus formis, tamen uirtualiter: quia uirtutes eorum saluantur in ipso: ut uirtus aquæ terræ & c. & illæ uirtutes non sunt substātia sed accidēs. unde per illas uirtutes dicitur habere motus diuersos: & plures, qui non sunt simplices sed cōpositi. Aliter respondetur: quod animal non est simplex sicut elemētum, quia quodlibet elemētum est ex una forma & materia sed animal est ex multis formis: ut forma qua est animal & qua est corpus & qua est mixtum & c. quæ prædicantur in quid. & sic habet plures motus: cum non sit simplex.

Ad secundum cum dicitur. corpus cæleste & c. concedo. & H cum dicitur quilibet orbis & c. dicendum quod unus motus est a natura propria ut motore proprio, & alter a communi. motore & a natura communi. Ad tertium. ignis & c. cōceditur. Et cum dicitur. mouentur pluribus & c. dicendum quod habet motum rectum secundum naturam propriam: sed circularem secundum naturam communem: inquantum obedit corporibus cælestibus: ut dicitur primo metheo. Ad quar-

I tum. unius corporis & c. concedatur. si istae naturae sufficiũt
ad motum: sed si non sufficiunt non oportet. Et cum dicitur. na
tura est principium: & c. dicendum quod materia & forma
non sufficiunt ad diuersos motus sed requiruntur ad unum mo
tum: unum ut principium receptiuũ ut materia: aliud ut prin
cipium effectiuum ut forma. Aliter respondetur quod ue=
rum est si sint naturae propriae: sed si una est cõmunis & alia
propria non oportet. Et cum dicitur. natura est principium
& c. dicendum quod non sunt naturae propriae: quia materia
prima est communis natura omnium elementorum sed forma
est propria natura: & secundum eius diuersitatem tantum
diuersificantur motus.

K ¶ Sed adhuc & primã necessarium esse talem lationem. Perfectum enim est prius natura imperfecto. Circulus autem perfectorum. Recta autem linea neq; una. Neq; enim quae infinita: haberet enim utiq; finem & terminum. Neq; finitarum neq; una, Omnium enim erit aliquid extra. Augeri enim contingit quancunq;. Itaq; siquidem prior motus prioris natura corporis, qui autem circulo in circuitu prior recto: qui autem in recta: simplicium corporum est. Tex. commen. 12. Questio XI.

L 

Consequenter queritur. Vtrũ motus circularis sit perfectior motu
recto. Arguitur quod nõ quia il=
lud quod habet principium mediũ
& finem perfectius est illo: quod
caret his: quia principium mediũ
& finis pertinent ad perfectionẽ:
sed motus rectus habet principium
medium & finẽ: quia habet princi
pium scilicet terminum a quo: & finem terminum ad quẽ: &
medium quando est inter ista: sed coelum non habet principiũ
medium & finem: quia nunquam est in principio & in fine:
T.c.76. ut patet pri. metheo. & octauo phisi. Itẽ motus simplicior
est perfectior composito: sed rectus motus est simplicior circu
lari & ideo & c. maior patet: quia sicut in substantijs simplex
magis est perfecta quia etiã substantia simplicissima est perfe
ctissima: & nobilissima ut deus. ergo & in motibus sic est
M quod simplicior est perfectior cõposito. minor patet quia sicut
se habet magnitudo ad magnitudinem sic motus ad motum:
sed circularis magnitudo est compositior recta: quia habet con
cauũ & gibbosum: ut patet in littera, & haec non sunt in re=
cta magnitudine. ergo motus rectae magnitudinis simplicior est
circulari. & per cõsequẽs perfectior. Itẽ ille motus est perfe
ctior: qui attingit finem quam qui non attingit finem quia
T.c.21. attingere finem est modus perfectionis. quinto meta. sed re=
ctus motus attingit finem: ut terminum ad quem mouetur.
circularis motus non habet finem: quia est perpetuus. ergo
non habet terminum ad quem ubi quiescat. Item ille motus N
cui potest fieri additio, non est perfectus. & per cõsequens
non est perfectior quia perfectus est cui non potest fieri addi= T.c.4. & 12.
tio ex primo huius. ergo per oppositum cui potest fieri addi=
tio: non est perfectum: sed motui circulari fit additio: ut circu=
latio circulationi: ut crastina hodiernae.

OPPOSITVM uult Arist. in littera quod motus circu T.c.12.
laris est perfectior motu recto. & hoc idem uult Cõmentator
& alij: quod motus circularis: qui est proprius & naturalis
caelo perfectior est rectis motibus. & probatur ex parte mo=
bilis. Ille motus est perfectior: qui est perfectioris mobilis: quia
motus debetur mobili secundum propriam naturã: & nobilius
mobile habet nobiliorem motum secundũ naturam: sed caelum
nobilius est elementis: quia est gloriosum diuinum & laudabi
le unde graeci latini & barbari conueniunt in hoc: quod hunc T.c.22.
locum attribuerunt dijs. ut patet primo huius. ergo & mo=
tus eius: qui est circularis est perfectior & nobilior quam mo
tus rectus. Item secundo ex parte mouentis. ille motus
est nobilior & perfectior: qui est a perfectiori & nobiliori mo O
tore: quia motus causatur a motore: & nobilior motus a nobi=
liori motore: ut patet secundo huius. sed motus celi est a perfe T.c.60
ctiori motore ut ab intelligentia: quia mouet ratione amantis
& desiderantis: ut patet duodecimo meta. sed rectus motus T.c.36.
est a forma elementorum. Tertio probatur ex parte finis,
ille motus est perfectior: qui semper est coniunctus suo fini: ut
possibile est coniungi suo fini: quia coniungi suo fini: est perue T.c.37.
niendo ad perfectionẽ: ut patet 12. meta. sed motus circularis
semper est coniunctus suo fini: sicut potest habere finem: ut mo
tori eius: quia motor habet se in ratione agentis: & finis respe T.c.36.
ctu motus: ut patet per Commento. 12. meta. & sic semper
est in fine: quia procedit à fine. nam in separatis a materia
idem est agens & finis: sed motus rectus non semper est in ter
mino ad quem qui est finis eius. Item quarto probatur. ex
parte conditionis sine modi motus circularis nam motus qui
uniformis regularis perpetuus est: & causa aliorũ motuum:
est perfectior quam ille qui est difformis & irregularis &
causatus: sed motus circularis habet istas cõditiones: quia nul P
lus motus regularis est nisi localis: & horum nullus nisi cir=
cularis: ut patet octauo phy. sed motus rectus est difformis: T.c.76
quoniam si est naturalis: tunc est in principio tardior & in fi=
ne uelocior: & uiolentus e conuerso. & rectus motus est cor= T.c.75.
ruptibilis: & etiã causatus a motu caeli ut patet octauo phy.
& secundo de generatione.

AD RATIONES dicendum. Ad primam. illud: quod
habet principium & c. uerum: est si uterq; natus est habere
principium medium & finem sed si non: tunc non oportet.
Et cum dicitur. motus rectus & c. dicendum: quod de ratio=
ne motus circularis non est habere principium medium & fi=
nem: sed esset uerum de duobus motibus rectis: qui nati sunt
habere principium medium & finem. Et cum dicitur. motus
circularis & c. dicendum quod non habet principium & fi=
nem actu distincta quia idem ubi realiter est principium & fi
nis: licet differat ratione. & cum dicitur. principium & c.
pertinent ad perfectionem. dicendum quod uerum est ad par= Q
ticularem perfectionẽ et nõ ad uniuersalẽ: sed aliquid maius
pertinet ad illam perfectionem: ut continere omnia: & sicut
caelum continet omnia: sic etiam motus caeli uirtute continet
omnes alios motus: quia est causa eorum. Vnde notandum

A pro intellectu istius solutionis quod dicit Arist. in primo me-
theo. & octauo physic. quod motus celi sēper est in principio
& fine unius circulationis quia ubi unum est principium
circulationis sequentis et finis precedentis sed nunquam est
in principio et fine. et debet intelligi quo ad motū totius: quia
totus motus nec habet principiū nec finē: quia nō incepit nec
desinit. Ad secundū motus simplicior &c. conceditur. Et
cum dicitur. motus rectus &c. nego. Ad probationem sicut
se habet &c. concedo. Et cum dicitur circularis est magis cō-
positus falsum est. Et cum dicitur. in circulari non distingui-
tur principium et finis: sicut fit in recta magnitudine. Re-
spōdeo quia unum ubi in cælo potest habere rationem princi-
pij et finis. et quum probatur de concauo &c. dicendum quod
concauum et cōuexum non sunt partes magnitudinis: quæ fa
ciunt compositionem: sed sunt relationes tantum: quia iuxta
posita idest coniuncta secundum extra et intra: ut uult Arist.
in littera. Ad tertium cum dicitur. ille est perfectior qui
attingit finem &c. uerum est. Et cum dicitur. rectus motus
&c. dicendum quod motus rectus attingit terminum ad quē
ubi est quies sed cælum non attingit illum terminum ad quem
ubi quiescat: sed propinquior est fini circularis motus silicet.
motori eius: quia inseparatis est idem agens et finis: et sic sem
per est in fine: quia procedit a fine. Ad quartum ille motus
cui competit fieri &c. uerum est si est additio simpliciter. Et
cum dicitur circulari &c. dicendum: quod non est additio ue-
ra et simpliciter: quia prior circulatio non manet, sicut lineæ
circulari non potest fieri additio simpliciter sed lineæ rectæ
bene potest addi linea cum habeat principium et finem: sed
recto motui bene fit additio. Et cum dicitur. circulationi &c.
dicēdum quod nō est uera additio, quia prior circularis motus
non manet: sed bene fit ei additio capiendo additionem pro
successione circulari: ideo non ualet ratio.

G

Ex his quidem utique manifestum, quia nata est esse quedam substantia corporis alia preter eas quæ hic consistentias diuinior & prior horum omnium.

Tex. Comen. 13. *Questio XII.*



Onsequenter queritur. Vtrum corpus
celeste sit eiusdem naturæ cum inferio-
ribus in sphera actiuorum et passiuorū
Arguitur quod sic quia illa. quæ conue
D niunt in una forma uidentur esse eiusdē
naturæ: cum natura dicatur de materia
C. 7. & 13. et forma, ut patet secundo physico. per
Commen. sed cælum conuenit in forma cum inferioribus:
quia generans & generatum conueniunt in forma. sed cælū
T.c.55 generat ista inferiora, ut patet secundo de generatione.
Et confirmatur. quia omnes formæ sunt in terminis et ponun-
tur in terminis idest in corporibus cælestibus. quæ ergo gene
rantur a corporibus cælestibus sunt in eis ergo conueniunt in
forma, et per consequens sunt eiusdem naturæ cum inferiori-
bus. Item que habent easdem proprietates proprias cum
inferioribus sunt eiusdem naturæ cum eis, quia proprietates B
sequuntur naturam, et eædem proprietates eandem naturam:
sed cælum et inferiora habent easdem proprietates: ut dēsita-
tem et raritatem et illuminositatem: et quedam inferiora par
ticipant quedam horū. sic corpora cælestia sunt densa et rara
et illuminosa. Item si cælū esset alterius naturæ cum infe-
rioribus: tunc haberet contrarietatem ad ea: uel secundum se
uel secundū dispositiones et qualitates: sed cælum nullā habet
contrarietatem ideo &c. maior patet. nam sic est in alijs quæ
sunt diuersarum maturarum: quod habent contrarietatem ut
elemēta cōtrariātur uel secūdū se: uel secūdū qualitates suas
&c. minor patet, quia cælum nullum habet contrarium, nec
secundum suam substantiam nec secundum suas qualitates ad
ista inferiora, ut patet primo huius, quia cælum tunc esset cō- T.c.23
positū: et esset generabile & corruptibile, sed hoc est falsum: T.c.20
ut patet in primo huius. Item si cælum esset alterius natu- F
re ab istis inferioribus, tunc inter cælum et ista inferiora esset
transmutatio: sed hoc est falsum. nam a cælo non est transmu-
tatio ad elementa: ita quod cælum mutetur in elementa: nec
econuerso: ita quod elementa fiant cælum. consequentia patet
quia diuersæ nature transmutantur ad inuicem: ut ex aqua fit
ignis et econuerso. quæ sunt diuersæ naturæ. Itē quæ sunt
obiectum eiusdem potentiæ: sunt eiusdem naturæ, quia idem
obiectū est eiusdem potentiæ nam potentiæ distinguūtur per
obiecta, ut patet secundo de anima. sed cælum et ista inferiora T.c.22.
sunt obiectum eiusdem potentiæ scilicet intellectus: qui ratio
natur de cælo et de istis inferioribus.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in littera
ubi nititur ostendere multipliciter, quod cælum quod est cor-
pus gloriosum est alterius naturæ ab inferioribus elementis,
et nobilius: et est nobilius secundum quod elongatur plus a situ
inferiorum. Et hoc confimatur ratione. illa: que sunt æter-
na, & generabilia non sunt eiusdem naturæ: ex. 10. meta. T.c.26.
quia corruptibile & incorruptibile plus differunt quam ge-
nere sed cælum est eternum, ut patet primo huius. & ista in- T.c 20.
feriora sunt generabilia et corruptibilia propter habere con-
trarium.

NOTANDVM quod unum & idem multipliciter di-
citur: ut patet quinto metaphy. unum numero: unum specie: Com.12.
unum genere: et unum analogia. Tunc dicenda sunt ad G
questionem. primo quod corpora cælestia et ista inferiora nō
sunt eiusdem naturæ secundum numerum. secundo dicendum
quod etiā non sunt eiusdem naturæ secundum spetiem. tertio
dicendum quod etiam non sunt eiusdem naturæ secundum unū
genus uniuocum et logicum. quarto dicendum quod sunt
unum aliqualiter secundum analogiam. Prima primi ratio.
Si essent eiusdem naturæ secundum numerum: non moueren-
tur diuersis motibus. sed hoc est falsum: quia cælum mouetur
circa medium: et corpora recta .s. simplicia mouētur motu
recto: ut a medio uel ad medium: & mixta mouentur motu
mixto. Item illa non sunt eiusdem naturæ secundum nume
rum, quorum unum est æternum et aliud corruptibile: sed cæ
lum est æternum, ut dicitur primo huius. & manet semper
idem numero: sed inferiora non possunt super idem numero
permanere. Ratio secundi est. illa quæ p se et primo mouētur T.c.20
diuersis motibus: sunt alterius naturæ specifice, quoniā sicut H
unius corporis simplicis nō est nisi unus motus simplex sic cor
porū diuersarū naturarū sūt diuersi motus, sed cælū per se: et

I primo mouetur alio motu a motu inferiorum: quia circulari-
ter. sed inferiora mouentur motu recto. ut sursum & deorsũ
uel motu mixto. Et confirmatur. quia cælum mouetur mo
tu circulari: ut sol reuoluitur in die ab oriente in occidens
& econtra: ad oriens et ita ab eodem puncto in idem. & si-
militer alii planetæ & orbes & etiam pars cæli. tunc iste mo
tus uel est ei naturalis uel extra naturã. Si est naturalis. habe
tur propositum. si extra naturam tunc oportet quod cælum
moueatur alio motu secundum naturam: quia omne corpus
habet motum secundum naturam: quia motus uiolentus præ-
supponit motum naturalem, uel tunc moueretur a medio uel
ad medium sed neutro modo potest moueri: quia isti sunt
motus elementorum: & unus motus simplex non est diuerso-
rum corporum. Item si sic: tunc uni motui essent plures mo
T.c.20. tus contrarij: sed hoc est falsum: ut patet in littera. Item nul
lum uiolentum potest esse perpetuum: quia quod est extra na-
T.c.15. turam tale citissime deficit: ut patet in littera. sed cælum mo
uetur motu circulari perpetuo ergo cælum est alterius natu-
K ræ a natura inferiorum. Ratio tertij. si corpus celeste esset
eiusdem generis cum inferioribus: ita quod esset. species di-
stincta ab alijs cum quibus contineretur sub genere uno. tunc
cælum esset compositum & esset generabile & corruptibile:
sed hoc est falsum. ut patet primo huius cõsequẽtia patet, quia
post quã cælũ esset species generis distincta ab alijs: cũ quibus
esset contenta sub uno genere uniuoco: tunc illa species esset
T.c.20. composita ex genere & differẽtia. & cõsimilem rationem fa
cit. Commen. in secundo huius. ubi probat quod cælum nõ sit
eiusdem generis uniuoci cum inferioribus quia species eiusdẽ
generis sunt contrariæ contrarietate uera: quæ est formarum
succedentium sibi in eodem subiecto & c. Ratio quarti. il
la quæ dependent ab eodem fine sunt unum secundum analo-
T.c.2 giam: ut uult Commen. quarto metaphy. ubi dicit: quod tri-
plex est analogia: secundum quam aliqua attribuuntur uni
tribus modis. uno modo ut subiecto: uel ut fini: uel ut agenti:
sed corpora cælestia & inferiora dependent ab uno fine ut à
L motore separato a quo dependet cælum & tota natura: ut
T.c.38. patet 12. metaphy. Et notandum circa hanc conclusionem:
quod cælum non est in eodem genere uniuoco cum inferiori-
bus: ut dictum est. Contra hoc arguitur sic. quæ sunt in
eodem genere substantiæ sunt eiusdem generis: quia sub-
T.c.2. stantia est unum genus entium: ut patet secundo de anima. &
T.c.6. septimo meta. sed cælũ & inferiora sunt eiusdẽ generis: quia
sunt substantiæ mobiles. Itẽ quæ conueniunt in uno corpore
sunt eiusdem generis: quia corpus est genus: sed celum &
inferiora sunt huiusmodi. Dicendum quod cælum non conue-
Com.12. nit cum inferioribus in uno genere uniuoco: ut Cõmen. uult
octauo metaphy. quod corpus quod dicitur de cælo & de istis
inferioribus non dicitur uniuoce sed equiuoce .i. secundum di
uersas rationes. Item corruptibile & incorruptibile plus
differunt quam genere: sed dicunt quod differunt gene-
re naturali. sed non differunt genere logico: sed illud non in-
M uenitur in dictis Arist. nec Commen. unde ridiculosum est di
cere & fictitium. unde etiam dicunt quod intelligentiæ &
inferiora conueniunt in genere: quia in uno apparenti & c.
non ualet nihil enim est apparens, nullum apparet de sub-
stantia quæ est insensibilis. unde illa sunt dicta uoluntaria.

Ad argumentum cum dicitur. illa quæ sunt in eodem gene
re & c. dicendum quod conueniunt uel sicut species uel sicut
principia. unde hæc inferiora & corpora cælestia non con- N
ueniunt in genere uniuoco: quia corpora cælestia nõ sunt spe
cies nec secundum rationem nec secundum intellectum quia
non habent cõpositionem cum genere & differẽtia: sed conue
niunt in genere substantiæ sicut principia: quia reducuntur
ad genus substantie sicut principia: sicut etiã materia & for-
ma dicuntur reduci ad predicamentum substantiæ unde cor
pora cælestia sunt principia istorum inferiorum. Ad secun
dum dubium. cum dicitur. quæ conueniunt in eodem corpore
& c. uerum est. si conueniunt in corpore uniuoce: sed si equi
uoce non oportet. Et cum dicitur. cælum & hæc & c. dicen
dum: quod non conueniunt uniuoce: sed equiuoce secundum.
Commen. & quando dicitur: quod corpus est genus & c. di
cendum: quod uerum est: quod est genus ad elementa & ad
mixta & c.

PER HOC ad rationes in oppositum cum arguitur. illa
quæ conueniunt & c. uerum est. si cõueniunt in forma forma
liter: sed non uirtualiter & causaliter. & ista distinctio habe O
tur .16. animalium. unde quãdo dicitur formæ sunt in termi
nis. uerum est tanquã in uirtute actiua & motiua quia agũt
& mouent inferiora ut instrumenta: quia cuilibet rei corre-
spondent aliqua figura uel uirtus cælestis. unde Albertus in
libro: qui dicitur speculũ philosophiæ dicit, sic ordinauit &
disposuit gloriosus deus sublimis sua summa sapientia: ut ope
retur ea per stellas surdas & mutas: quæ contingunt hic in
elementis & in elementatis. & quando dicitur generans
& generatum & c. uerum est uirtute: non tamen oportet
quod cõueniant formaliter in forma specifica. unde dicit. Cõm. Com.13.
12. metaphy. allegando Allexandrum. quod uerum est tribus
conditionibus concurrentibus in agente propinquo & non re
moto. & principali & non instrumentali. & per se & non
in agente per accidens. unde habet ueritatem de generante
propinquo: ut homo generans hominem conuenit in forma spe-
cum: sed cœlum est agens remotum & instrumentale. ergo P
non oportet quod conueniat in forma cum generato formali-
ter: sed sufficit quod uirtute. Ad secundum cum dicitur. si
habent easdem: & c. dicendum quod uerum est. si identitate
specifica: quia raritas & densitas non conueniunt cœlo & in
ferioribus uniuoce & unitate speciei specialissimæ: sed unita
te analogie: & per prius in natura cœlesti inuenitur & per
posterius in natura inferiorum: ut dicit Commen. in de substan
tia orbis. Ad tertium: cum dicitur. si cælum esset alterius
naturæ & c. negatur cõsequẽtia: quia nõ sunt eiusdẽ speciei
nere: quia ueræ. species habent contrarietatem uel secundum
se uel secundum suas qualitates. unde corpora cœlestia non
sunt. species ad in inferiora sed disperata in natura. unde non
oportet quod quæcunq; diuersa in natura sint species, sicut
qualitas & quantitas & substantia sunt diuersa in natura et
tamen non sunt eiusdem generis species quia non habent unũ
genus uniuocum. unde quæ sunt diuersæ naturæ sine contra
rietate: non oportet quod sint species. eiusdem generis. bene Q
essent unius generis si essent diuersæ naturæ: cum contrarieta
te: sed quælibet diuersa nõ sunt species: ut decem prædicamẽta
quæ non sunt sppeties eiusdem generis. unde cælum est diuer-
sæ naturæ ab inferioribus non ut species: sed ut disperatum.

Ad quartum. cum dicitur. si cælum & c. uerum est
si communicaret in materia: modo cælum cum istis inferiori-
bus non communicat in materia: quia non habet materiam ni

A fi mobilem.ut unde & quo:ut post dicetur:ficut & prædica menta funt diuerfe nature: & tamen non trafmutantur ad= inuicem ut quantitas:et qualitas & c. Ad quintum cum dicitur quæ funt obiectum & c. dicendum: quod uerum eft aliquo modo unitatis. Et cum dicitur. cœlum et ifta & c. di cendum quod habent unitatem analogiæ fiue attributionis: quia attribuuntur uni:ut fini uel agenti:et ifta unitas fufficit ad unitatem obiecti potentiæ cognofcitiuæ:et fit dictum ad il lud argumentum.

¶ Quoniam autem hec quidem fupponuntur: hec autem ex dictis oftenfa funt: manifeftum quia neq; leuitatem neq; grauitatem habet cor pus totum.

B Textu Commen. 17. Queftio. XIII



Onfequenter quæritur. Vtrum corpus cæ lefte fit graue uel leue. Et arguitur quod fic. quia illud:quod eft propinquius aliquan do medio et aliquando remotius eft graue uel leue: quia fecundum grauitatem aliquid propinquatur ad medium fed fecundum leui tatem remouetur a medio:fed cœlum eft huiufmodi: quia pla netæ aliquando funt propinquiores terræ: aliquãdo remotio= res quia medio eodem modo difpofito et uifu:planetæ aliquan do apparent maiores: aliquando minores. Sed planeta eft eiuf dem nature cũ orbe,ut patet tertio huius. Itẽ pars et totũ debent effe eiufdẽ difpofitionis ficut aqua efi eiufdẽdifpofitio nis in parte et toto:et fic de alijs: aliqua pars cæli eft grauis:

C ut ftella comata et fydera uolantia. ideo & c. Oppofitum uult Arift. in littera. qui dicit quod nec fit graue nec leue. DICENDVM eft ad queftionem quod corpus cælefte non eft graue nec leue: quia fi effet graue uel leue: tunc moue retur a medio uel ad medium per diffinitionem grauis et leuis quæ debet fupponi in primo et in quarto oftendetur. ubi di=

T.c.17. T.c.6. cit Arift. quod diffinitio grauis eft: quod mouetur deorfum et grauiffimum quod maxime mouetur inferius et fimuliter leue quod furfum:fed cælum primo et per fe mouetur circula= riter:et unius corporis fimplicis non eft nifi unus motus fim= plex: ut patet primo huius. Sed aliqui dicunt quod ratio non ualeat quia non concludit: quoniam graue et leue extra locũ proprium mouentur furfum uel deorfum:fed quando funt in loco ut terra in loco fuo proprio non mouetur.fimuliter ignis in loco fuo non mouetur:fed cælum fẽper eft in loco fuo. ergo

D nec fecundum totum nec fecundum partem mouetur a medio uel ad medium. Dicendum ad hoc quod fi cælum effet gra= ue uel leue:tunc moueretur a medio uel ad medium fecundum totũ uel partes:ut patet de elementis:quia pars ignis moue= tur aliquando furfum.terra uero deorfum:fed non fecundum totum:fed cælum nunquam mouetur a medio uel ad medium

T.c.19. fecundum totum:uel partem. et idem locus eft fecundum fpe= tiem totius et partis:ut patet ex littera.

AD RATIONES in oppofitum: cum dicitur. illud: quod aliquando eft & c. uerum eft.fi ifta elõgatio et appropin quatio effet fecundum lineam rectam uel fecundum motum re E ctum,fed fi fecundum motum et lineam circularem elongan= tur non oportet. fic autem eft hic: quia planetæ aliquando funt remotiores.et hoc non eft fecundum lineam rectam et motum rectum:fed eft per motum planetæ in epicyclo et ecentrico: quia quando planeta eft in auge:tunc plus diftat a medio fed quum eft in oppofito augis:tunc propinquior eft medio ut di= cunt aftronomi. Ad fecundũ cũ dicitur.pars et totum & c. negatur minor nam nulla pars cæli eft grauis et quum dicitur quod ftella comata & c. Refpõdetur quod ftella comata et fi dera uolantia non funt partes cæli:fed fiunt ex hypercaumate idest fubito incendibili: quod eft exhalatio calida et ficca quæ de facili incenditur et fit ignis et uidetur effe ftella: fed non eft de natura cæli:ut patet primo huius.

¶ Simuliter autem rationabile exiftimare de ipfo:& quod ingenitum & incorruptibile & inaugmentabile & inalterabile. F

Tex. Com. 20. Queftio XIIII.



Onfequenter quæritur. Vtrum corpus cæleste fit generabile et corruptibile: et arguitur quod fic, quia omne, quod habet uirtutem finitam,eft generabile et corruptibile, per finitam .n. uirtutem non durat in infinitum:fed cælum habet uirtutem finitam ut patet fecundo cæli Commento 71. quia habet magnitudinem finitam,ut patet pri mo cœli a T. c. 33. et infra:et in magnitudine finita non eft nifi uirtus finita ut patet 8. phyficorũ T. c. 78. & 79. hec G fane eft ratio Ioannis grammatici ut eft uidere 12. met. Cõ= mento 41. et 8. phyficorum Commento 79. et in fine libri de fubftantia orbis. Item quod habet contrarium eft gene= rabile et corruptibile, quia generatio et corruptio eft inter cõtraria,ut patet primo de generatione Tex. com. 22. fed cæ lum habet contrarium ut denfitatem & raritatẽ ut patet per auer. fecundo cæli Cõmento 42. ftella .n. eft denfior pars fui orbis et alia pars cæli eft rarior. Item illud,quod poteft defice re ab operatione propria eft corruptibile quia entia natura= lia determinata funt in operationibus fuis in quas dum pof= funt, dicuntur talia uniuoce et in quafdum non poffunt, nõ di cuntur talia, nifi equiuoce ut patet quarto meteororũ Cõmẽ. 54. fed cælum poteft deficere ab operatione propria ſilicet qua poteft moueri. quia cælum poteft non moueri, quia eius motus põt effe et nõ effe et etiã motor eius põt quiefcere a mo uẽdo. quia uirtutes in corporibus pofunt mouere:et nõ moue re ut dicit Cõmẽ. 12. meta. Itẽ quod habet materiã eft corru H C.41. ptibile, quia materia eft caufa generationis et corruptionis primo phyficorum Commento 79. et primo cæli Commen. 20. abfciffio a materia eft caufa perpetuitatis: ut dicit Cõmẽtator fecundo huius fed cælũ habet materiam quia in omni eo, quod mouetur eft intelligere materiam ex fecundo metaphyficæ. fed celum mouetur. ideo & c.

OPPOSITVM uult Arifto. in littera. ubi ex intentio T.c.22. ne uidetur probare quod cœlum nõ eft generabile, nec corru ptibile. ex quo fequitur, quod eft æternum. et hoc etiam fuit

I opinio chaldeorũ in quibus philosophia fuit pfecta. unde dicit
T.c.22 huius pri. Arist. quod omnes:qui opinantur deos esse: attribuunt hunc
locum dijs tanquam immortali coaptatum. Item secundum
opiniones sæpius & infinities iteratas antiquorum dicitur ex
Com.22. huius pri. antiquo:in cœlo non esse translatum aliquid. Adhuc idem
dicit Commen . quod Arist. innuit cœlum esse ligamentum
inter generabilia & ingenerabilia: & corruptibilia & in=
corruptibilia ut substantias separatas: ita quod ipso transmu
tato semp in loco remanẽte substãtia semp fiant mutationes in
his inferioribus necessarium est enim ut inter principia æter
na & res generabiles sit ens talis modi, & si non esset ita,
impossibile esset, quod aprincipijs æternis proueniret alia
actio temporalis actio enim æterni non est nisi æterna.
DICENDVM ergo secundum intentionem Arist. quod
secundum naturam cœlum est ingenerabile & incorruptibi=
le, Adhuc supponit Arist. quod motui circulari nihil est con
trarium nec secundum totum nec secundum partes. hoc sup=
põnit, & demonstratur in quodam capitulo postea. Supponit
etiam Arist. quod si corpora sint contraria: & motus eorum
sunt contrarij, ut ignit contrariatur aquæ, ergo habent motus
K contrarios. Ex hoc arguitur illud quod non habet contra=
riũ nec secundũ se nec secundum suas dispositiones: non est ge
nerabile, & corruptibile, quia omne: quod generatur ex
quodam subiecto permanente contrario non permanente, ge=
T.c.48. neratur. ut dicitur quinto phisicorum. sed cælum non habet
contrarium: sicut nec motus eius ut dictum est. unde conclu=
dit Aristo. natura recte operata est intendens enim cælum in
generabile, & incorruptibile exemit ipsum a contrarijs.
Et sciendum quod licet cælum secundum naturam non sit ge
nerabile & corruptibile transmutatione uniuoca, tamen alio
modo est productum a creatore & sine motu per creationem
& hæc est fides & ueritas: sed illum modum ignorauerunt
philosophi qui a sensibilibus probauerunt productionem sed
ista productio alicuius a nihilo a sensibilibus conuici nõ po=
test quia est supra naturam. & hoc capere non potuerunt.
PER HOC ad rationes. Ad primam cum dicitur. omne
L quod habet uirtutem &c. frater Thomas respondet sic. quod
uerum est. si suum esse sit, quantum per accidens secundum
durationem: sed si non sit quantum secundum accidens & du
rationem successiuam non oportet si habet uirtutem finitam
quod sit corruptibile et generabile · sed sic est in proposito
quod uirtus cæli est finita et suum esse non est quantum per
accidens, quia nõ subijcitur transmutationi & tempori. ergo
est ingenerabile & incorruptibile: sicut esse inferiorum est
per accidens quantum. per accidens ergo sunt generabilia &
corruptibilia ideo cælum ut sit perpetuum non requirit uir=
tutem infinitam. Sed ista responsio non ualet quia dicit cæ
lum & esse celi non esse subiectum transmutationi & tempo=
M ri immo cælum & esse cæli est primo subiectum motui & tẽ=
pori quia tempus secundum cum non habet esse nisi in motu
primi mobilis subiectiue ergo male dicit. quare aliter est di=
cendum quod maior uera est si habet uirtutem finitam in dura
tione est corruptibile sed si habet uirtutem finitam in magni=
tudine non oportet. quia materia prima est finita in magnitu=
T.c.82 dine & tamen est ingenerabilis & incorruptibilis primo
phisicorum. Et cum dicitur cælum &c. dicendum quod est
finitum secundum magnitudinem: & habet determinatam
extensionem. sed tamen habet uirtutem infinitam in duratio=
ne. unde debuit hoc improbare Ioannes grammaticus, sed nõ N
fecit. Aliter dicitur ad maiorem. uerum est: si habet uirtu
tem finitam, quæ est ex parte materiæ, quæ sit pars sui, sed
istam non habet. unde dicit Commentator. quod cælum est su=
biectum simplex sed bene est possibile cælum: sic esse: quia non
est impossibile ipsum esse: sed non habet potentiam quæ sit ex
parte materie ad esse, sed bene habet potentiam ad motum &
ad quantitatem motus ut determinatam uelocitatem, quia mo
tores eorum habent determinatam proportionem ad mouendũ
in tali uelocitate: & si adderetur una stella non posset moue=
re, unde si haberet materiam & formã in materia· tunc esset
corruptibile quia hæc est operatio materiæ, aliter esset ociosa
ut dicit. Ad secundum cum dicitur. quod habet contrariũ
&c. concedatur. Et cum dicitur. cælum habet &c. dicendũ
quod non habet contrarium secundum substantiam nec secun=
dum dispositiones. Et cum dicitur raritas &c. dicendum,
quod ista in cælo non sunt contraria, quia contraria habent
fieri circa idem: sed pars densa in cælo non fit rara nec econ= O
uerso· licet ista in inferioribus sint contraria. unde non dicun=
tur secundum unam rationem, sed equiuoce. ut patet in de sub
stantia orbis. Notandum rarum, & densum alio modo de=
terminantur in cœlo: & inferioribus. in inferioribus enim
determinantur secundum materiam & formam, quia densum
habet plus de materia, minus uero de forma & econuerso de
raro, sed in cœlo determinantur penes prohibere uisum ulte=
rius penetrare. & uidere pure quæ sunt post densum in cælo
quia stella: que est densa impedit uisum & species uisibiles ui
deri & penetrare quæ sunt post stellas: sed raræ partes non
prohibent uisionem: &c. ergo non sunt contraria. Ad
tertium. illud quod potest deficere &c. concedatur. si ab ope
ratione propria, quia indiuiduum quod deficit ab operatione
propria est corruptibile. Et cum dicitur . cælum &c. dicendũ
quod cælum posse quiescere potest intelligi dupliciter. uel acci P
piendo motum simul, & sic non quiescit. alio modo quod quie=
scat ab hac circulatione & ab illa . modo Commentator non
intelligit primo modo· sed secundo modo, quia adueniente una
circulatione deficit alia prior: sed inferiora cessant a toto mo=
tu, ideo non ualet . Aliter dicitur ad maiorem quod uerum
est. si simpliciter a motu deficere potest. Et cum dicitur, cœ=
lum &c. dicendum quod cœlum potest quiescere ex parte sui
quia ex se non habet perpetuitatem motus, & ex parte mo=
torum propriorum etiam non habet perpetuitatem motus, ta=
men habet perpetuitatem ex motore communi intransmuta=
bili ut deo. unde sic Commentator intellexit qui postquam di=
xit quod uirtutes in corporibus semper possunt mouere: &
non semper mouere possunt, subdit semper mouere possunt. si
illud propter quod mouent sit intrasmutabile, uult dicere,
sed finis propter quem mouent ut deus est intransmutabilis:
ideo semper possunt mouere: quia deus mouet in ratione ama=
ti & desiderati & principij. & propter hoc mouent proprij Q
motores. unde in optima dispositione sunt cum mouent. ut di=
cit Commentator ibidem. Ad quartum. quod habet mate=
riam &c. uerum est quæ est in potentia ad esse: & subijcitur
formæ inherenti: sed si habet materiam: quæ est in potentia ad
ubi non oportet: quia est in actu, licet sit in potentia respectu
ubi· quia si haberet materiam: haberet contrarium & esset ge
nerabile & corruptibile: sed hoc est falsum: quia est subiectũ
simplex in actu . ut dicit Commentator , & hoc idem uult.

A T.c.12. T.c.10. Aristoteles octauo et duodecimo metaphysice. celum tantum habet talem materiam mobilem secundum locum, quæ est in potentia unde & quo, et hoc non arguit corruptionem.

Si autem nihil contrarium contingit esse: eo quod circulationi alicui non est contrarius motus: recte uidetur naturam futurum ingenitũ & incorurptibile exemisse a contrarijs Inter contraria enim generatio & corruptio.

Tex. commenti 20. *Questio* XV.



Onsequenter queritur. Vtrum cælum dependeat ab aliquo tanquam a causa agente et efficiente proprio. Arguitur quod sic: quia si cælum non dependeret ab aliquo tanquam ab efficiente et agente: tunc sequeretur, quod forma fieret per se: sed hoc est impossibile: ut patet.

B T.c.26. 7. metaphy. quia forma non fit nisi per accidens. consequentia probatur quia motus cæli fit ab aliquo efficiente, ut omnes dicunt, quia in separatis est idem secundum agens & finem, ut

12.met.c.5 & 6. & 36 38.41. & 44. dicit Commen. 12. metaphy. & cum motus cæli sit forma: et si cælum non fit ab aliquo efficiente, tunc motus cæli fieret per se: quod est contra Arist. primo physicorũ. ubi dicit quod

T.c.64. tantum compositum fit.

OPPOSITVM arguitur. si cælum dependeret ab aliquo tanquam a proprio efficiente, tunc cælum esset generabile: corruptibile, sed hoc est impossibile, ut patet primo huius. quia est ostensum: quod cælum est ingenerabile: & incorruptibile. consequentia probatur. efficere nihil aliud est quam generare aliquid de potentia ad actum. ergo si dependet ab aliquo sicut ab efficiente: tunc generatur. nam si aliquid dependet a causa efficiente simpliciter: tunc generatur simpliciter, & sic substantiæ generantur, uel si dependet ab aliquo effectiue secundum quid tunc generatur secundum quid ut accidens.

T.c.20

G

Cõ. 18. in calce illius Commen. SCIENDVM est una est opinio. ut recitat. Cõmen. 12. metaphy. quod unum agens agit omnia corpora quia producit actiones entium omnium in uno instanti & illud agens causat omnia immediate. unde isti negabunt ignem & aquam &c. concurrere ad generationem, ut aquam humidam: & ignem siccum, & illud agens facit immediate hominem: & omnia entia non mediantibus alijs omnino, & omnes actiones entium. unde non oportet ignem calefacere nec aquam humectare. unde etiam subdit Commen. quod si aliquis mouet baculum manu non proijciens uel mouens est causa manus sed illa actio a primo agente est sine omni medio: & hoc facit omnia

D ex nihilo & natura nihil facit: nec ens naturale habet aliquam actionem, & hoc modo cælum est factum & dependet ab hoc principio effectiue: & de nouo est factum. Sed Commentator contra istam opinionem inuehitur in nono metaph. in illo capite sunt autem quidam ut magarici &c. & dicit commentator in commento. 7. si esset tale agens tunc entia nõ haberent proprias operationes nec quiditates proprias: sed hoc est impossibile. consequentiã non probat: sed potest declarari. quia postquam esset illud agens: cuius essent omnes actiones entium immediatæ, tunc non essent propriæ actiones alijs entibus: quia actio est illius propria: a quo immediate procedit: & per consequens entia non haberent proprias quidditates, quia operationes non diuersificantur nisi per essentias proprias. et tunc subdit Commenta. uerba pluris blasfemiæ. Ista opinio remota est a naturalibus & a natura: quia naturalibus principijs repugnat & illi: qui recipiunt eam non habent cerebrum habile ad bonum sed magis ad malum. Alia est opinio: & dicunt isti quod sit secundum opinionem & intentionem Aristo. & Commen. quod celum dependet ab efficiente ut a motore primo: & dicunt. quod licet cælum non sit generabile de nouo, tamen dependet ab aliquo agente æterno: et hoc probant rationibus & auctoritatibus. Prima ratio est quia si cælum non dependet ab aliquo efficiente, tunc non esset primũ efficiens: sed hoc est impossibile. In quolibet enim genere causæ est deuenire ad primam causam omnium illius generis: ut dicitur .2. methaphy. consequentia probatur, quia postquam cælum non esset ab aliquo efficiente: non esset primum efficiens quia primum efficiens debet omnia efficere. Item cum sit una causa efficiens in omni genere causæ efficientis: uel efficit immediate motum cæli uel substantiam cæli & hoc patet per diuisionem sufficientem: sed non potest immediate producere motum cæli, quia cum substantia producit accidẽs, oportet quod habeat in se consimile accidens, mediante quo producat illud: ut ignis immediate producit caliditatẽ formaliter ergo habet eam formaliter in se: sed primũ efficiens nõ efficit motũ cæli mediãte accidẽte, quod sit in ipso, quia omnino est intransmutabile: et substãtia sine omni accidente: ut dicunt omnes ergo imediate nõ efficit motũ cæli per accidẽs in eo existens. ergo relinquitur quod substantiam cæli efficiat immediate. Item si substantiæ cæli repugnat effici a causa efficiente uel hoc est inquantum substantia: uel inquantum eterna. per diuisionem sufficientem: sed non repugnat ei inquantum æterna: quia tunc repugnaret omni æterno ut est motus cæli quod est falsum nec inquantum substantia: quia tunc omni substantiæ repugnaret: quod est falsum. quia multæ substantiæ efficiuntur: ut illæ quæ sunt in sphera actiuorum & passiuorum.

Itẽ illud: quod derelictũ propriæ naturæ esset nõ ens uidetur dependere: ab aliquo efficiẽte: sed cælũ est. hmõi ideo quæcunq; substantia præter primam si derelinquitur propriæ naturæ. tunc redigeretur in nihil, quia si remoueretur primum principium per impossibile: tunc omnia in nihil, redigerentur

Item quod dependet ab aliquo in esse dependet ab ipso tanquam ab efficiente, & non solum quo ad operationem, quia finis est gratia cuius operatur, & non gratia cuius est sed cælum non solum dependet a primo principio quo ad operationem, sed etiam. quo ad esse quia ab ipso deriuatum est omnibus esse his quidem clarius his uero obscurius: ut patet primo huius T.c. 100. & primum principium est causa esse omnium ut patet primo metaphysi. Item quod dependet ab aliquo propter aliquid dependet ab ipso effectiue quia quod dependet ab aliquo propter aliquid uidetur esse ab agente, quia esse ab aliquo propter aliquid uel sunt idem, uel sunt diuersa, sed non sunt unum: quia tunc omne quod esset ab aliquo: esset propter aliquid, sed hoc est falum: quia animal est a spermate: & non propter semen: ergo sunt diuersa: quia esse propter aliquid dicit circunstantiam causæ finalis: sed ab aliquo dicit

E F G H

I circunstantiam causæ efficientis, sed cælum depèndet a primo
principio. quia ab hoc principio dependet cælum & tota na
12. met. T.c.38. tura & etiã propter ipsum est. quia deus est totaliter opti-
mũ in natura: & deterius .i. minus bonũ est propter melius.
Lec. 11. scilicet magis bonum, ut dicitur 7. politico. Auctoritates
etiam sunt ad istam partem confirmandam: quia Aristo. dicit
T.c.32. primo huius. quod deus & natura nihil faciunt frustra ergo
deus non solum est finis cælestium sed etiam faciens. Item
T.c.15. dicit in octauo physicorum. eternorum nihil prohibet esse alte
ram causam. Et confirmatur auctoritatibus Commenta-
Cap.2. ris. primo, in de substantia orbis: quod cælum non tantũ in-
diget uirtute mouente ipsum in loco sed etiam indiget uirtute
largiente sibi permanentiam eternam in substantia: sed hoc nõ
esset nisi dependeret ab aliquo effectiue. Item ibidem dicit.
cap. 2. in de substã. orbis. quod est differentia inter indigentiam uirtutis actiuæ, in
K simplici corpore uel composito, quia corpus simplex siue sit
eternum siue generabile & compositum indifferenter indi-
get uirtute actiua. Item dicit quod mouens totum est
agens totum: sed primum principium est totum mouens cælũ
Com.36. ergo est agens totum cælum. Item dicit in 12. metaphysic.
In separatis idem est efficiens & finis: sed cælum dependet a
motore primo tanq̃ a fine. ergo ẽt ab ipso tãquã ab efficiente.
Item dicit ibidem. Intelligentiæ abstractæ sunt duobus modis
diuersis principia. secundum agens Et secundum finem. ergo
intelligentia prima. cum sit principium cælorum & finis effi-
cap.2. ciens. Item dicit in de substantia orbis. finis significat agẽs
significatione necessaria: sicut motum significat mouens, sed
cælum habet primum motorem: & intelligentiam pro fine
igitur & habebit causam efficientem. Sed contra istam opi
nionem sunt dubitationes. primo, cælum non uidetur depende-
re ab efficiente. quia dicit Commen. 4. huius. res eternæ non
Com. 7ri. habent causas agentes quia de quatuor causis tantum habent
finem & formam: sed cælum est res eterna. Item dicit Cõ-
mentator .12. meta. quod mos qui iam est inter modernos in
Com. 44. L producendo entia non est uerus in abstractis: quia non sunt
agentia uera: quia ab agente uero non procedit nisi extrahe-
re idest producere illud quod in potentia ad actum: sed in cælo
non est potentia ad esse: cum non habeat materiam partem sui
Et confirmatur, quia agens uerum non aggregat inter diuer
sa: sed educit illud quod est in potentia ad actum ut dicit Com
mentator ibidem: sed cælum non est in potentia ad esse: ut di-
ctum est. Item hoc est contra. Aristo. ubicunq; loquitur de
efficiente: quia describit ipsum per principium. unde motus:
T.c.29. T.c.2 ut patet 2. physic. & 5. meta. Item ratio, quod dependet
ab aliquo effectiue hoc est per motum uel per mutationem un-
de species uisibilis immutat uisum: sed cælum non dependet ab
aliquo efficiente per motum: quia est æternum: ut patet primo
T.c.20. T.c.53. huius & .8. physic. nec dependet ab aliquo per mutationem,
quia mutatio requirit mutabile: sed quod mutatur est indiffe-
rens ad illud: & ad oppositum illius ad quod mutatur. ergo
si aliquid est quod mutatur ad esse cæli ab efficiente, tunc in
M differenter se habet ad nõ esse quantum est de se: sed illud quod
potest non esse impossibile est perpetuari. ex primo huius.
T.c.121. T.c.16 Item efficiens aliquo modo est prius tẽpore suo effectu: ut pa-
tet. 12. metaphy. & ideo sequitur quod motor precedat mo-
tum: uel secundum partem. Dices quod secundum partem
propter motum cæli: quia motor non precedit totum motum:
quia est æternus: sed tamen motor secundum tempus precedit
partem motus ut istam reuolutionem particularem uel illam N
& c. sed hoc non est: quia cælum non est post secũdum tempus
quia æternum est quod non potest esse in aliquo tempore.

PER HOC ad rationes prioris uiæ. ad primam: si cæ-
lum non dependet & c. negatur. quia oportet, quod si aliquid
non sit causa efficiens omnium: quod non sit primum efficiens
quia materia prima est causa materialis prima non tamen est
causa omnium, quia tantum materialium: sic in ordine efficien
tium non oportet primum efficiens esse causam omnium, sed tã
tum effectorum sed cælum non est effectum. unde hoc deberẽt
probare quod cælum sit effectum: sed hoc non fecerunt.
Ad secundum: cum sit una causa & c. dicendum quod imme-
diate producit motum cæli & non substantiam, quia est æter-
num. & hoc non dependet ab aliquo efficiente nisi secundum
similitudinem, ut a fine & conseruante ipsum & cum dici-
tur. cum substantia producit accidens & c. dicendum, quod
non oportet quod sit formaliter in uirtute actiua, sed sufficit O
uirtualiter. unde non oportet quod motor habeat motum for
maliter: sed tantum uirtualiter. unde Commentator in de sub-
stantia orbis. dicit quod non oportet quod motor moueatur &
tunc diceretur quod quedam accidentia habent contrarium:
& quedam non habent contrarium. & quod substantia non
potest facere accidens immediate in aliud cõtrarium nisi ha-
beat illud accidens sicut dictum fuit de igne. sed tamen aliud
accidens: quod non habet contrarium: potest facere ut motum
cæli, qui non habet contrarium. unde sicut non fit impossibile
sic non agit impossibile, sed illud quod facit motum est possi-
bile fieri per illud: quod uirtute est in substantia. Ad ter-
tium cum dicitur. si substantiæ cæli & c. dicendum: quod per
istam rationem probaretur quod primo principio non repu-
gnat effici. si primo repugnat effici uel hoc esset inquantum
substantia: uel inquantum æternum: sed neutro modo repu-
gnat deo effici & deducatur ut prius, sed contra arguere nõ
est soluere. Ideo dicendum quod sibi non repugnat inquan P
tum substantia absolute uel inquantum eternum absolute: sed
inquantum simplex est substantia & inmaterialis: & non ha
bet contrarium, quia generatio & corruptio est ex quodam
subiecto permanente & materia primo huius. sed cælum non T.c.9.
habet materiam nec formam in materia: quia tunc esset ociosa
cum non seperaretur a materia. unde uerũ agens non aggre-
gat nisi illud quod est in potentia ad esse perducendo ad actum
Ad quartum cum dicitur illud quod derelictum & c. &
per istam etiam probaretur: quod deus ipse dependet ab ali-
quo quia illud quod non est, quando alia entia non sunt: depen
det ab alio sed si alia omnia entia non sunt nec deus est quia
alia entia habent necessitatem a deo, & sine illa necessitate
non est deus. Vnde dicendũ quod non sequitur: sed dependet
in genere causæ finalis. unde non dependet a primo in esse tan
tum sed etiam tanquam a fine. & ex hoc non sequitur: quod
dependeat effectiue a deo uere: sed tanquam a fine: ipso sine nõ
existente non essent alia quia non sunt tanquam sine primo
quod est finis conseruans omnia. Ad quintum, cum dicitur Q
quod dependet ab aliquo & c. negatur, quia nihil dependet ab
efficiente nisi per motum. Et cum dicitur. finis non est causa
esse & c. dicendum quod finis est causa esse, quia finis non so-
lum est causa in fieri: sed etiam in esse: ut dicit Arist. 7. politi.
in omnibus entibus siue sint a natura siue ab arte deterius est Lec.11.
propter melius: sed esse cæli est minus nobile quam sit deus.
ergo nõ

N ergo nō solū pendet a deo quo ad operationē: sed etiam quo ad esse. Ad sextū. quod dependet ab aliquo ꝑpter aliquid &c. negatur. unde bene uerū est, quod dependet ab aliquo de nouo & habet potentiā ad esse, sed quod non dependet ab aliquo de nouo: & non habet potentiā ad esse: non oportet. Et cū probatur uel sunt idem uel diuersa &c. s. depēdere ab alio: et esse propter aliud. Dicendū quod hæc uniuersaliter non sunt idē: quia in aliquibus nō sunt idem hæc quia animal dependet a semine. nō tamen est ꝑpter semen, sed in his: quæ nō habent potentiā ad esse idem sunt, sed cælum non habet potentiā ad esse nec materiā partē sui. ergo realiter idem sunt ab aliquo esse, et propter aliud, sicut etiam intelligens et intellectū non est idem in omnibus, ut in lapide est aliud quia lapis non est intelligens: sed in deo: sunt idē &c. et ideo sic cælum depēdere a deo, et esse. propter deū idem sunt. et tamen differunt secūdū uoces. Ad auctoritates dicendū propter oēs simul expediendas: est cōsiderare in cælo motū, et subiectum scilicet cælū
O modo corpora cœlestia indigent uirtute actiua: quæ est finalis causa substantiæ cæli. unde non solum quo ad motū cælum dependet a primo, ut aliqui dicunt. unde quando dicitur, quod mouens &c. intelligit quod est causa motus, et causa finalis substātiæ, quæ cōseruat ipsum in esse. nō q. uelit q. sit causa efficiens distincta a fine, quia tunc contradiceret sibi, quia dicit. quod de quatuor causis cælum habet duas. formam et finem, ut dicit 4. cæl.. Cōmē. pri. unde dicit: et si habuerint res æternæ aliquid quasi agens non erit nisi inquātum est forma illis et conseruans ea.

AD RATIONEM primam in oppositum, cū dicitur. si &c. dicendū quod formā generari per se intelligitur dupliciter. Vno modo seorsum et diuisim existens, et hoc est impossibile, quia non existit per se. Alio modo quod per se generetur idest per sui naturam in alio. tamen et hoc bene uerum
T.c.26 P est, immo necessarium est. et hoc dicit Aristo. in. 7. metaphy. ideo et c.

At uero & augmentabile omne augetur a connaturali aduenientе & resoluto in materiam. Huic autem non est ex quo factum est Tex. commen. 21. Quæstio. XVI.



Onsequenter quæritur. Vtrum cælum sit augibile: & diminuibile. Arguitur quod sit diminuibile, quia illud, quod est diuisibile est diminuibile, quia per diuisionem remouetur aliquid ab
Q illo: quod diuiditur, & hoc diminuitur: ut patet primo phy-
T.c.37 sicorum, sed cælum est diuisibile, quia est quantum: & quantitas est diuisibilis in ea, quæ insunt, quorum quodlibet est hoc aliquid, ut patet. 5. me-
T.c.18. thaphy. cap. de quanto. Item arguitur quod sit augibile. illud, cuius quantitati potest fieri additio, hoc est augibile; quia augmentatio est additio quantitatis quantitati preexistenti, ut patet primo de generatione. sed cælo potest fieri ad-
T.c.31 ditio, quia omni linea data est accipere maiorem, & illa propositio est geometrica, quæ dicit hoc esse uerum, ut dicit Com- E
ment. 3. physico. Item quod dependet ab agente uirtutis T.c.60
infinitæ potest augeri ab illo agente. aliter agens non esset infinitæ uirtutis & omnipotens, sed cælum dependet a deo, qui est uirtutis infinitæ, & omnipotens secundum omnes leges.

Oppositum dicit Aristo. in littera. s. quod cælum est inau- T.c.22.
gibile & indiminuibile, & insenescibile.

DICENDVM ad quæstionem: quod cælum nō est augibile secundum uerum augmentum & proprium, quia illud quod augmentatur ex aliquo secundum ueram augmentationem est generabile ex aliquo, quia quod augetur, augetur ab aliquo connaturali aduenientе & resoluto in materiam: ut si panis augmentat aliquid, tunc oportet quod amittat formā panis: & resoluatur in materiam, & transmutetur in substā-
tiam aucti, ut patet primo de generatione. sed non dicitur ali- T.c.38 & 39.
quid connaturale adueniens nisi possit recipere formam aliti: sed cælum non habet aliquid, ex quo generetur & non habet
connaturale adueniens: quod recipiat formā eius cui aduenit. F

Notandum quod triplex est augmentatio. unde augmentatio est additio quantitatis ad quantitatem, & hæc fit tribus modis. Vnde uno modo fit per accumulationē ut lapis additur lapidi: & iste modus est large acceptus, & uulgus dicit unumerum auctum cū lapis additur. Secundo modo fit per rarefactionem: ut ex aqua fit aer maioris quantitatis, & sic fit additio quantitatis. non quod de foris ueniat sicut lapis aduenit muro. sed ex materia cuius intrinseca additio fit, quia materia extenditur, quia quod est in materia in potentia ad ma-
iorem quantitatem reducitur ad actum, ut dicitur. 4. phisico. T.c.89.

Tertio modo est augmentum uerum in uiuentibus: quod fit per ingressum nutrimenti ab extrinseco connaturali & corrumpitur a sua forma: & resoluitur in materiam & recipit formā eius, cui aduenit. ut quando panis nutrit, tunc amittit
formam panis, & recipit formam aucti. Modo Arist. probat Com. 71.
cælum inaugibile tertio modo, sed de duobus primis omittit. Et causa est, quia magis uidetur, quod cælum augeatur tertio modo: ut uera augmentatione quam alijs, cum sit animatum: & ideo dimisit alios modos augmentationis, qui conueniunt
inanimatis. Et si aliquis uult probationem, quod cælum G
non augeatur primo & secundo modo potest probari sic. si illud, quod magis uidetur inesse, non inest, nec illud quod minus: sed cœlum magis uidetur augeri tertio modo, si augetur quam alijs modis, & non augetur illo modo, ut dictum est: quare nec alijs modis. Item secundo si materia cæli posset extendi ut materia aquæ, tunc esset corruptibile, sed hoc est
falsum ex primo huius. consequentia patet. quia quod exten- T.c.20
ditur potest tantum extendi, quod materia eius non potest saluari sub forma eius in illo, ut patet in aqua, quæ fit ignis
uel aer, quando nimis extenditur, quia est dare maximam & T.c.38.
minimam aquam: ex primo phisicorum. & patet per Cōmē- Com. 32.
tato. 6. physicorum. Item si cælum extenderetur, magis in H
estate extenderetur: quia tunc est maior calor quam in hyeme, quia calor habet rarefacere & extendere: sed non uidemus solem esse maioris quantitatis in estate quam in hyeme.

PER HOC ad rationes in oppositum. Ad primam. Illud, quod est diuisibile & c. uerum est secundum quod huiusmodi. Et cum dicitur. cælum est diuisibile & c. dicendum quod cælū potest dupliciter cōsiderari. Vno modo ut substantia simplex carens contrario: & sic non potest diuidi.

I Alio modo: ut est quantum continuum: & sic non repugnat
sibi: tamen non diuiditur, quia ad hoc quod aliquid diuidatur
non sufficit quod non repugnet: sed etiam quod sit materia
apta diuidi, sed hoc non est in cælo, quia inquantum tale est
carens contrario non diuiditur, quia sic repugnat ei diuidi.
Ad secundum, cũ dicitur. illud, cuius quantitati potest &c.
uerum est: si secundum naturam sibi potest fieri additio, illud
augetur. Et cum dicitur. cælo potest fieri &c. dicendũ quod
ratione quantitatis nõ repugnat: quia propositio geometrica
Com. 60. quæ dicit. omni linea & magnitudine data est accipere maio-
rem. uera est, ut dicit. Commẽ. tertio physico. & bene repu-
gnat ratione subiecti proprij inquantum caret contrario, &
non habet materiam partem sui. Ad tertium. quod depen-
K det ab agente &c. uerum est si sit uirtutis infinitæ in quan-
titate actionis & passionis. Et cũ dicitur cælum, &c. Aristo.
dicit, quod cælum non dependet nec ab agente finito nec infi-
nito, cum non perducatur in esse per motum. Vel dicendum
quod dependet a uirtute infinita in duratione: & illa non po-
test augere ipsum cælum, & non dependet a uirtute uigoris
infiniti: quæ sit omnipotens: quia secundum Arist. talis est im-
possibilis: sicut grauitas & leuitas infinita est impossibilis, ut
Com. 79. patet 8. physico. & 12. metaph. Vel aliter potest dici, quod
Com. 41. inquantum est ex parte agentis sic est possibile: quod possit
augeri: sed ex parte subiecti non est possibile. unde cælum in-
quantum tale finitum est in recipiendo magnitudinem non est
possibile recipere maiorem, quamuis possibile sit ex parte dei,
quia deus etiam potest mouere cælum in instanti cum sit om-
nipotens, tamen cælum non mouetur in instanti: quia non est
L aptum natum recipere motum in instanti.

Si autem est & inaugmentabile & incorruptibile, eiusdem intelligentiæ est existimare & inalterabile esse. Est quidem enim alteratio motus secundum qualitatem.

Tex. com. 21. Quæstio. XVII.



Onsequenter quæritur. Vtrũ cælũ sit alte-
rabile. Et arguitur quod sic, quia illud: quod
transmutatur ad qualitatem alteratur, quia
alteratio est transmutatio ad qualitatem, ut
T.c.18. patet. 5. phisico. sed cælum est huiusmodi,
quia transmutatur ad lumen, ut patet de lu-
na, quando est eclypsis & in oppositione: sed lumen est quali-
tas. Item illud, quod transmutatur de minore uirtute ad
maiorẽ est alterabile, quia uirtus est qualitas: & nihil trans-
mutatur de minori uirtute ad maiorem nisi alteretur, sed cæ-
lum est huiusmodi, quia sol in estate est maioris uirtutis quam
in hyeme, quia magis calefacit. Item illud: quod generat et
corrumpit inferiora est alterabile, quia illud debet esse con-
trarium: quod generat ex aliquo: sed cælum generat inferiora
T.c.58. ut patet. 2. de generatione & corrumpit ea, quia motus so-
lis in obliquo circulo est causa generationis & corruptionis
inferiorum. Oppositum uult philosophus in littera. quia
T.c.20. dicit, quod est inalterabile & incorruptibile &c.
M DICENDVM est ad quæstionem, quod cælum est inalte-
rabile simpliciter, quia si cælum esset alterabile, tunc esset
augmentabile & diminuibile: sed hoc est falsum, ut patet ex
præcedente quæstione, quia magis uidetur augumentari uero
augumento si augumentaretur: sed hoc non est, ut probatum A
est. consequentia patet. quia omnis alteratio uera quæ est mo-
tus: habet fieri circa primas qualitates tangibiles · quæ sunt T.c.14
calidum frigidum &c. uel secundum eas quæ consequuntur
eas: ut durum molle &c. ut dicitur. 7. physicorũ. ergo opor-
tet, quod illud quod est alterabile sit calefactibile uel frigefa-
ctibile, sed hoc non potest esse, quia tunc esset corruptibile.
Vnde si alteratur secundum primas qualitates est augumen-
tabile, quia per calidum rarefactio, per frigidum condensatio
est. Notandum, quod demonstratio, per quam Arist. probat
quod cælum non est alterabile non directe dependet ex prima
per quam probat· quod non sit augibile: quia medium non ac-
cipitur eodem modo, quia in priori demonstratione accipitur
pro uero augumento, sed in secunda pro augmento commu-
niter dicto. ergo non sunt connexæ demonstrationes, sed pos-
sunt esse connexæ illæ demõstrationes & ex supplemẽto &
mediate, quoniã si cælũ nõ augmentatur uero augmento nec
alio. Notandũ quod licet cælũ nõ alteretur alteratione pro-
prie dicta, tamen alteretur alteratione equiuoce dicta, et non
alteratione quæ procedit ex contrarietate et diuersitate, sed B
quæ procedit ex priuatione & receptione luminis.
PER HOC ad rationes. Illud. quod trãsmutatur ad qua-
litates &c, dicendum, quod non sufficit quod transmutetur ad
qualitatem, sed oportet quod trãsmutetur a qualitate, in qua
litatem· sicut etiam est de ratione motus, qui est ad terminum,
tamen oportet quod sit a termino a quo, sed cælum licet trans-
mutetur ad lumen nõ tamen ex qualitate in qualitatem con-
trariam: sed ex priuatione procedit. Ad secundum. cum
dicitur. Illud, quod transmutatur &c. aliqui dicunt per in-
terremptionem, quod ad uirtutem nõ est alteratio, siue sit sen
sitiuæ partis animæ, siue uegetatiuæ siue intellectiuæ: ut pa- T.c.18.
tet. 7. phy. unde cælum nõ alteratur nisi accipiatur æquiuoce & 19.
alteratio. Et cum dicitur. cælum est huius &c. conceditur & 20
secundũ partem. & cũ dicitur sol &c. dico, quod sol non est
maioris uirtutis in estate quam in hyeme: quia ita bene cale-
facit in hyeme sicut in estate. Et si dicas, tamen sol non calefa-
cit nos in hyeme, dicendũ quod hoc non est ex parte uirtutis
intrinsecæ, sed ex parte inferiorum, quia aliter respicit nos,
quia tunc radij refranguntur in estate magis ad angulos re-
ctos uel propinquos rectis. ergo magis calefacit, sed in hyeme
non, sed alibi calefacit ubi radij refranguntur ad angulos re- C
ctos uel propinquos. unde illa diuersitas non est in sole: sed ex
parte aspectus ad inferiora, quia sol se habet semper eodem
modo. Ad tertium, cum dicitur. Illud, quod generat
&c. uerum est si generat ut propinquum, quod est habens
contrarium: si est ut remotum generans, non oportet. Et cum
dicitur. cælum &c. dicendum, quod cælum non generat ut
propinquum & immediatum generans, quia preter cælũ in-
ferius est aliquod generans propinquum. Vel aliter potest
dici, quod aliquid est contrarium alteri dupliciter. Vno modo
formaliter ut ignis contrariatur aquæ secundum qualitates
actiuas saltem. Alio modo uirtute. modo cælum non oportet D
ad hoc quod generet inferiora, quod habeat cõtrariũ forma-
liter: sed sufficit uirtute ut quod habeat uirtutem faciendi cõ-
trarium. modo sic cælum generat inferiora, quia mundus iste
est cõtignus lationibus superioribus, ut omnis uirtus eius in-
de gubernetur &c. unde subdit. extimandum igitur uirtutẽ
suplatorũ esse principiũ unde motus: ut dicitur primo metha.

A ¶ Quod autem non est circulationi contraria alia latio, ex multis utique quis accipiet fidem. Tex. commen. 14. Quæstio. XVIII



Consequenter queritur circa istud capitulũ, quod autẽ non sit contrarius circulari &c. utrum motus circularis habeat cõtrarium. Et arguitur quod sic. In quolibet genere est dare primam contrarietatem, ut patet primo physi. & 10. meta. sed motus localis
T.c.50. & 55. 10. met. T.c.24. est unum genus dictum cõmuniter de motu circulari, & recto. ergo in illo genere est contrarietas, & ideo uidetur esse, contrarietas inter motum rectum, & circularem &c.
Item secundo & supponitur quod ex diuersitate motus cæli a motibus inferiorum arguatur diuersitas naturæ cæli a naturis inferiorum. Ex hoc arguitur. motus cæli est diuersus a motu inferiorum, uel numero uel specie, sed non est diuersus numero tantum, quia tunc conuenirent in specie. ergo specie differunt, sed diuersitas secundum speciem est contrarietas se-
B T.c.24 cundum speciem, ut patet. 10. metaphy. & confirmatur: quia genus diuiditur per differentias oppositas immediate: ut pa-
T.c.42 T.c.24. tet. 7. metaphy. & 10. meta. & 2. posteriorum. Et diuiditur. uel priuatiue uel relatiue uel contradictorie uel contrarie. per sufficientem diuisionem, sed nõ diuiditur priuatiue, quia priuatio non constituit speciem, cum sit non ens. Nec relatiue. quia opposita relatiue non diuersificant speciem in substantia, ut dicit Boetius in libro diuisionum. Similiter nec contradictorie, quia multominus constituit unum ens, cum unum contradictorium sit pure non ens, ergo relinquitur quod contrarie. Ex hoc sic. diuersitas etiam secundum speciem constituit con-
T.c.24. trarietatem ex iam dictis, ut patet. 10. meta. sed isti motus differunt secundum speciem, ut patet ex dictis. Item motus ab occidente est cõtrarius motui ab oriente, et ecõuerso. uidentur enim contrarij motus quemadmodum dextrum & sinistrum:
C ut dicit Arist. in littera: & illæ sunt diuersitates loci, & si unum corpus cæleste mouetur istis motibus, tunc motus contrariatur motui, sed omnes orbes præter primum orbem mouentur istis motibus, ut astronomi dicunt per obseruationes certas, quia mouetur oppositis motibus sol ab oriente in occi-
1. physi. T.c.51. 2. huius. T.c. 16 & 17 T.49. dens, & econuerso. & Aristo. idem dicit. 8. physico. & 2 huius Et confirmatur. illi motus sunt contrarij, qui sunt a cõtrarijs terminis ad contrarios terminos. 5. physico. sed quelibet circulatio cælestis de die est ab oriente in occidens, & de nocte econuerso. & illi termini sunt contrarij, ut dictum est.
Com.44. Item hoc patet auctoritate Commentatoris. 12. metaph. in illo capitulo. Ioannes autem grammaticus &c. dicit. cælũ habet contrarium, quia potest quiescere, sed secus est de substantia æterna. Item quod dependet ab alio potest non esse. sed cælum est huiusmodi. ergo cælum potest nõ esse & quiescere quantum est de se: & motor eius potest non mouere. Oppositum uult Arist. in littera. & dicit quod motui circu-
T.c.24. lari non est alius motus contrarius.
D NOTANDVM quod contrarietas tribus modis accipitur. uno modo extenso nomine communiter. Vt pro oppositione, quæ est inter priuationem: & habitum. sic accipitur primo physicorum. sic duo principia fiunt cõtraria ut forma & priuatio. Alio modo accipitur proprie & specialiter: & illa est duplex. una est perfecta: & illa est maxima distantia duarum formarum eiusdem generis in eodem subiecto uicissim existentium & successiue & mutuo se expellen- E
T.c.17. tium. 4. metaph. ut caliditas & frigiditas: ita quod extrema agant & patiantur. Alia est contrarietas diminuta quæcunque distantia uel repugnantia duarum formarum eiusdem generis, quæ non possunt simul esse in eodem subiecto siue sint actiuæ uel passiue. Tunc dicendum, quod motus circularis primo modo contrarietatis habet contrarium secundum partes, quia illud quod non mouetur aliquo motu, quo aptum natum est moueri, illud habet contrarium, & priuatum est illo motu quando mouetur uel quando non mouetur: sed cælum heri non mouebatur hodierna reuolutione: sed hesterna: & tamen aptum natum est moueri illo motu, aliter non moueretur illo motu hodie. ergo opponitur ei aliquid priuatiue secũdum partem, ut huic circulationi singulari opponitur præce-
Com.41. dens circulatio. & ita intellexit Commentator. 12. metaph. quod cælum potest quiescere. non quod a toto motu quiescat,
F sed ab hac circulatione reuolutione ue successiua: quæ est alia a præcedente. Secundo est dicẽdum: quod motus cæli etiã habet contrarium tertio modo accipiendo contrarium pro cõtrarietate diminuta & imperfecta, & hoc probant rationes predictæ: quod genus diuiditur per has oppositas differentias & isti motus constituuntur per differentias oppositas, ut moueri a medio uel ad medium uel circulariter. & ita habent repugnantiam aliquam ad inuicem. & uidentur rationes positionis. Tunc dicendum est tertio. quod nõ habet contrarium contrarietate perfecta, quæ accipiebatur secundo modo, ratio huius, contraria contrarietate perfecta et completa sunt actiua & corruptiua se, sed isti motus non corrumpunt se, quinpotius circularis motus conseruat motus inferiorum. Vnde iste mundus contiguus est lationibus superioribus, ut tota uirtus eius inde gubernetur, sed quod guber nat aliud non corrumpit ipsum. Item potest probari rationibus aliter. si motus circularis haberet contrarium: uel sibi motus rectus esset contrarius, uel circularis. per sufficientem diuisionem: sed neuter, ideo &c. non rectus. nam duplex est rectus a medio: et ad medium. si ergo circulari motui contrariaretur rectus, tunc duo uni essent contraria. similiter nec
G circularis, quia uel secundũ totũ uel secundũ partes. per sufficientẽ diuisionẽ. non secundũ partes, quia si motus circularis haberet cõtrariũ secundũ partes, hoc nõ potest imaginari nisi tribus modis, uel quod partes motus circularis sint super eundem semicirculum ab. a. in. b. & econuerso: uel inter diuersas portiones inter duo puncta, uel signa, uel secundum diuersos semicirculos: sed primo modo non potest esse: quia maxima distantia non mensuratur secundum circulum, sed secundum lineam rectam: quia contrarietas est maxima distãtia: & super rectam lineam est maxima distantia et non super circulum.
Ex hoc arguitur. Illi motus non sunt contrarij: qui sunt super magnitudinem: per quam non mensuratur maxima distantia: sed maxima distantia non mensuratur super circulum
H quia maxima distantia est super extrema diametri, etiam sic infinita essent uni contraria, quia infiniti arcus possunt trahi inter duo puncta. similiter secundo modo non habet contrariũ quia inter duo puncta infiniti circuli et portiones possunt trahi, & sic etiam uni infinita essent contraria, & per consequens uni motui infiniti essent contrarij.

I Similiter tertio dicendum: quod etiam non habet contrarium
secundum diuersos semicirculos, quorum unus est ab.a.in.b.
per.c.& econuerso alter.a.b in .a.per .d. quia idem motus
est qui est ab eodem puncto in idem sine interpōne, & isti mo-
tus super diuersos semicirculos sunt huiusmodi. Tunc dicē
dum est. quod motui circulari secundum totum non est aliquid
contrarium: quia si hoc esset tunc essent frustra uel ambo uel
alter sed deus nihil facit frustra, similiter natura: cum diriga-
T.c.32 tur a superioribus intelligentijs, ut patet in isto primo conse-
quentia probatur. si unus motus toti contrariatur alter: tunc
per eadem puncta: per quæ est alter: erit & alter: aut ergo
motores æque fortes sunt uel unus est fortior. si æque fortes:
tunc neuter motus compleretur: sicut si duo homines econtra
duos lapides proijcerent æque fortes tangentēs ambo impedi
rentur, similiter si unus motus est fortior, tunc impediret aliū
ita quod nunquam inciperet motus, & tunc natura fecisset
frustra mobile scilicet cum habitudine ad motum: qui nunquā
exiret in actum, & dicit Commentator: si ita esset, quod to-
tus contrarieretur alteri toti, tunc unus impediret reliquum:
quia super idem centrum & super eosdem polos fierent. Sed
si non super idem centrum & super eosdem polos tunc diuersi
motus possunt esse simul ut planetarum. & dicit quod deus in
K duxit eum ad istam expositionem. & dicit Commen. ulterius
T.c.32. quod motus dupliciter consideratur. Vno modo abstrahendo a
naturalibus corporibus, & sic nō repugnat, quia possum ima
ginari sic motus ab oriente in occidens & econuerso super
idem centrum & eosdem polos: sed secundo modo potest con-
siderari in corpore naturali & sic non possunt esse simul isti
motus. unde Aristo. quum negat contrarietatem in motibus
cæli, ex dictis patet quod non loquitur de contrarietate dimi-
nuta nam sic sunt contrarij, sed loquitur de contrarietate
perfectam: & concludit ex hoc cælum non habere contrariū
nec generabile nec corruptibile.
PER HOC ad rationes. In unoquoq; genere &c. dicit
frater Thomas: quod uerū est: cōtrarietas differētiarū & non
specierū. unde rationale et irrationale sunt cōtraria, sed homo
et asinus nō sed hoc nō ualet, quia differentiæ sunt formaliter
principia cōstitutiua spetierū si principia formalia sunt cōtra
L ria, & que constituuntur ab eis erunt contraria. Sed posses
dicere: quod species non sunt primo cōtraria: quia includunt
materiā, que nō habet cōtrarium: sed differētia nō includit ma
teriam. Non ualet: quia differentia dicit totum agregatum ex
materia & forma ut dicunt: nec potest unum habere contra-
rium: & aliud non propter intellectionem: quoniam intelle-
ctus hoc non potest facere. Vnde aliter dicendum, quod est
uerum, si est unum genus uniuocum. Et cum dicitur. motus lo
calis & c. dicendum quod non est genus uniuocum de Por-
phyrio sed est genus anologum: quia dicitur motus localis de
his secundum diuersas rationes & ordine prioris et posterio-
ris. modo quando dicitur quod in quolibet genere & c. in-
telligitur de genere uniuoco: sed in alijs non, ut ens est analo-
gum ad .10. predicamenta, et tamen non est in ipso prima con
M trarietas. Aliter dicitur & conceditur maior. Et cum dici
tur. motus &c. uerū est: et ideo in eo est contrarietas sed illa
est diminuta & imperfecta: cuius diminutio prouenit ex ca-
rentia actionis et passionis: ut dictum est. Ad secundum cū
dicitur, motus cæli & c. dicendum: quod nō differunt nume
ro tantum uel spetie qui sint unius generis uniuoci ut Por-
phyrius accipit genus: sed differunt spetie idest per se: quia N
quecunque differunt spetie differunt per se: & non econuer
so: quia. 10. predicamenta differunt per se: & non spetie, quia
non sunt species, tamen ens diuiditur in ea immediate, unde
motus isti differunt per se, non ut species eiusdem generis uni
uoci. Vel aliter dicendum: quod differunt secundum spetiē
& per consequens contrarietate diminuta. Ad confirma-
tionem. diuersitas &c. dicendum, quod uerum est, et ideo uo-
lo: quod differant spetie: non quæ sint unius generis uniuoci.
Sed dices species refertur ad genus. dicendum: quod uerum
est, quod species, de qua genus predicatur in eo quod quid: sed
de qua genus non predicatur in quid, non refertur ad genus
uniuocum. Ad tertium. motus ab occidente & c. dicendum
quod uerum est. si sunt super idem centrum et super eosdem
polos: sed si super diuersos polos, non oportet: & hoc etiam
uult Aristo. quod sint super diuersos polos, non sicut uoluit
Alpetragius, qui uoluit destraere astrologiam Ptol. Vnde nō O
sunt super eosdem polos: quia polus zodiaci distat a polo mun
di 23. gradibus. Ad confirmationem. illi motus &c. uerum
est si accipiuntur ut contrarij termini scilicet oriens et occi-
dens: at non possunt accipi ut contrarij termini, quia contra-
rietas est maxima distantia: sed inter oriens et occidens in cir
culo non est maxima distantia, quia infiniti circuli possunt esse
sed non distant nisi secundum extrema diametri: et sic non ha
bent contrarietatem. Ad dictum Commentatoris dicendum:
quod intelligit quod cælum potest quiescere large secundum
partes accepta quiete ut pro oppositione inter priuationem
et habitum non contrarietate perfecta, ut dictum est in positio
ne. Ex hoc Aristo. uoluit concludere cælum non habere con-
trarium: nec esse generabile nec corruptibile, ut satis patet.

*Sed quoniam manifestum de his, & de re- P
liquis intendendum est. Et primo utrum est cor
pus infinitum quemadmodum plurimi antiquo-
rum phylosophorum putauerunt aut hoc unum
est aliquod impossibilium.*

Tex.com. 33. Quæstio. XIX.



Onsequenter queritur circa capitulum
de infinitate ipsius uniuersi. utrum in-
finitum si esset haberet rationem prin-
cipij · & ut abbreuietur, quæstio est
intelligenda de infinito secundum ma-
gnitudinem: quia de infinito uigoris &
durationis non arguitur ad presens et
arguitur quod non habeat rationē principij, illud extra quod
nihil est, non habet rationem principij, quia principium est
extra principiata quia principium est cuiusdam aut quorundā
primo physic. sed infinitum si esset nihil esset extra ipsum, Q
quia infinitum totum occupat. Oppositum Aristo. in T.c.8. Com.33.
littera · quod infinitum si esset: quod haberet rationem princi-
pij, quia dicit infinitum si esset haberet principij uirtutem: &
maxime uirtutem quanti. Ex hoc sic. quod habet uirtutem
principij est principium: sed infinitum si esset · haberet uirtu-
tem principij &c.

A NOTANDVM quod infinitum secundum magnitudinem tripliciter consideratur, uno modo secundum magnitudinem carentem terminis. alio modo consideratur secundum infinitatem, quae dicit priuationem terminorum magnitudinis, qua formaliter infinitum est infinitum. tertio modo considera tur quo ad substantiam subiectam magnitudini infinitae primo modo infinitum non habet rationem principij: quia nullum accidens solum habet rationē principij: quia accidens dependet a substantia: quia substantia est causa accidentiū in ea: ut patet
T.c.3. & 4. 7. metaphy. & accidentia non sunt entia nisi quia entis, sed infinitum. primo modo est accidens, quia magnitudo est quantitas: quae est accidens, ut patet in predicamentis. similiter infinitum secundo modo non habet rationem principij, quia nulla priuatio simpliciter est principium, quia nullum non ens est principium sed priuato est non ens, quia est in subiecto apto nato ad habendum habitum: sed infinitum est priuatio terminorum magnitudinis et finitatis, & hoc non est immediate.

Tertio dicendum quod si infinitum consideratur tertio modo sic si esset, haberet rationem principij: cuius ratio est. substan
B tia subiecta infinitae magnitudini uel esset principium uel principiatum per sufficientem diuisionem. sed talis substantia non est principiata et causata, quia si huiusmodi substantia infinitae magnitudini subiecta esset causata, uel haec esset a principio intrinseco uel extrinseco per sufficientem diuisionem prin
T.c.1. cipij: ut patet. 5. metaphy. et precipue per Commen. sed si talis substantia esset causata non esset a principio intrinseco,
T.c.28. & 31. T.c.3. quia illa est materia uel forma, ut patet. 2. physic. & 5. metaphysi. sed talis substantia non habet formam, quia forma terminat materiā, et ita esset finita: et infinita, quod est contradictio. Similiter non potest esse materia, quia materia non est sine forma: quia idem rediret quod prius. Similiter ista substā tia non habet principium extrinsecum, ut agens, quia uel esset ut ab agente de nouo uel ab aeterno, non de nouo, quia quicquid de nouo fit est magnitudinis finitae, & in principio ha
C bet quantitatem diminutam: nec est ab aeterno. quia substantia simplex et aeterna non dependet ab agente secundum Aristo. sed ista substantia si esset, esset simplex, quia non haberet materiam neq; formam, nec dependet a fine, quia finis substantiae est mouēs, sed ista substantia si esset ipsa esset immobilis, quia non haberet locum: in quo moueretur, quia totum occu
pri. caeli. T.c. 33 pat. ergo relinquitur quod sit principium. et hoc sentit Arist. quod infinitum haberet principij uirtutem, et maxime uirtutem quanti: et hoc uult, non quod absolute sit principium: sed si esset infinitū. et hoc etiam uidētur dicere omnes antiqui: qui dixerunt infinitum, attribuerunt et rationem principij, &
T.c. 30 & 65 omnia continere, & esse quid diuinum. ut patet. 3. physico.

AD RATIONEM illud extra quod &c. dicendum quod uerum est, quod nihil habet extra se ut essentialiter nec accidentaliter secundum subiectum & locum. Et cum dicitur infinitum &c. dicendum quod licet
D infinitum sic nihil habeat extra se secundum subiectum: tamen essentialiter ut quantitates, quarum esset principium: & causa: ut iam uisum est in positione, ideo, non ualet.

Quaestio XX. E



Onsequenter queritur. Vtrum si corpus sphaericū esset infinitū: haberet centrū. arguitur quod non. quia si infinitū esset sphaericū: tūc nō haberet circunferentiā ultimā quia infinitum non habet ultimū. quia aliter esset finitū & infinitū sed circumferētia est ultimum sed quod nō habet circūferentiam non habet centrum: quia centrum est, a quo omnes lineae ductae ad circumferentiam sunt aequales. Oppositum uult Aristote. T.c.35. quia si sphera esset infinita: tunc due lineae ducerentur a centro in infinitum: & hoc non esset nisi haberet centrum.

DICENDVM quod corpus sphericum dupliciter consideratur, unomodo inquantum sphaericum, & sic habet centrum: & ideo dictum est quod sphaera est, quae habet punctum medium, a quo omnes lineae ductae sunt aequales. sed hoc punctum est cētrum, ut patet ex geometria: secundo modo consideratur inquantum infinitum, sic non habet centrum quia si centrum haberet, tunc esset ultimum: & extremum: quia me- F dium dicitur in comparatione ad extremum, sed centrum est medium: ut dicit Commen. sed ultimum repugnat infinito.

Sciendum quod aliqui dicunt, si aliquis concedit sphaericum infinitum, tunc concedit contradictoria, quia habet centrum: & non habet, inquantum sphericum habet, sed inquantum infinitum non habet centrum. Illud non ualet, quia contradictio T.c.11. & 9. est secundum idem, ut patet primo elenc. cap 3. & 4. meta. sed illud est respectu diuersorum: ut patet. unde si fuisset contradictio magnum inconueniens aliter expressisset, & cito euasisset: sed hoc non fecit. sed aliter improbauit hoc.

AD ARGVMENTA patet primum concludit: quod non haberet centrum inquantum infinitum: sed secundum concludit quod haberet centrum inquantum sphaericum: ut prius dictum fuit &c.

Quaestio, XXI. G



Onsequenter quaeratur circa illud capitulum. quod autem non est corpus: Vtrum id pri. cael. 58 quod impossibile est factum esse, impossibile sit fieri, & arguitur quod non. quando aliqua se habent sicut prius & posterius, si posterius est impossibile, non oportet quod prius sit impossibile, sicut animal & homo habent se, quod unum est post ut homo, & licet impossibile sit hominem adesse asino, tamen sibi necessario in est animal, sed factum esse & fieri sunt huiusmodi, quia factum esse est posterius fieri: quia fieri praecedit factum: sicut motus terminum. Item continuum potest esse diuisibile in infinitum & tamen nunquam est T.c.1. diuisum in infinitum & c. maior patet. 3 phisic. & primo cae. T.c.2. quia est diuisibile in semper diuisibilia. minor patet. cōtinuum H actu non est diuisum in infinitum, quia tunc infinita essent in T.56. & 57. actu, quod est cōtra Arist. 3. phy. ergo factū esse potest impossibile: et fieri possibile et diuidi est fieri, diuisum est factū esse, at cōtinuū nunquā erit diuisū actu quia tunc cessaret a motu quia quando aliquid est motum ad terminum ad quem, tunc cessat motus, ergo non oportet si factum esse sit impossibile:

I quod fieri sit. Item possibile est cælum moueri: quod tamen impossibile est: esse motum, ergo aliquid fieri: est possibile, quod impossibile est factum esse, Rursus possibile est, quod aliqui putent se posse adipisci. & proficisci in eœlum ut patet de illis, qui in cælum ascendere contendentes: turrim construere, pro quo uidete arist. in lib. suo de mundo in quadam epistola, quam scribit ad allexandrum ubi ait, aliquos putaße se posse proficisci in cælum, at nemo inuenitur qui ascenderit in cælū. Item possibile est aliquem moueri ad habendū omnes sciētias: sed nullus homo inuenitur, qui habeat omnes scientias: & impossibile est. ergo factum est impossibile, & fieri est possi-
T.c.58 bile. Oppositum uult Arist. in littera, ubi dicit, impossibile factum, impossibile est fieri secundum substantiam: & ubi: &
K quantitatem, ut patet. & hoc idem uult Cōmen. & alij expositores.

T.c.1. NOTANDVM ut patet. 2. phi. & .7. meta. aliqua fiūt
T.c.22. a diuersis principijs, ut a natura aliqua aliqua ab arte, & similiter aliqua ab imaginatione, & hoc dupliciter, uel recta et ordinata, uel inordinata & erronea. modo quod impossibile est factum esse impossibile est fieri secundum naturam similiter secundum artem: & secundum imaginationem ordinatam. at si est imaginatio inordinata: aliquid potest fieri, quod impossibile est factum esse. Ratio primi. Cum aliqua sic se habent ut finis & ut ordinata in finem, si finis est impossibilis, & ordinata in finem: & econuerso. quia si ordinata in finem essent possibilia: & finis impossibilis: tunc essent frustra, quia frustra
T.c.62. est: quod ordinatur in finem, in quem non potest. 2. phi. & si ordinata in finem possibilia sunt: & finis, sed ista sunt huius-
L modi quia factum esse. habet se ut finis, & fieri ordinatur in factum esse. quia fieri est minus perfectum & bonum, factum esse est magis bonum. modo in naturalibus: & artificialibus
kc.11. minus bona sunt gratia melioris boni. 7. poli. similiter quies in termino adquem est consumatio & perfectio motus, ut calidū
T.c.54 esse calefactionis, ut patet. 5. phi. ergo si factum esse est impossibile, & fieri est impossibile & econuerso: & si unum est possibile, & aliud modo Arist. non probauit nisi per contradictionem. quia hoc accipit pro principio, ad quod declarandū sufficit modicula declaratio ut inductio. Propterea. Quando duo essentialiter sunt unum si unum est impossibile & reliquū sed fieri & factum esse sunt unum essentialiter, quia motus
T.c.4. est idem essentialiter cum termino ad quem. ut patet. 3. physi.
T.c.4. & 5. Ratio secundi patet: quia ars imitatur naturā, inquan-
T.c.22. tum potest, & sequitur opus eius, ut patet. 2. physici. & .4.
T.c.28 metheororum. sed iam declaratū est de natura, quia si huius, factum esse est impossibile & fieri. ergo etiam in arte, hoc similiter patet in imaginatione recta: quia si impossibile est fieri & impossibile est factum esse, si non da oppositum. quod possi-
M bile sit factum esse, & fieri impossibile. tunc id possibile nunquam perficietur: & uilis est intellectus, qui incipit quod nō
Com. 39. potest perficere: ut dicit Commen. primo physi. &c. Si autem est erronea immaginatio. tunc non oportet, quia talis imaginatio potest incipere: quod non potest perficere: sicut illi, qui putant se proficisci locum cælestem. Notandum expediendo breuiter. in tota specie: si impossibile est factum esse, & fieri, quia in indiuiduo non oportet, quia potest esse, quod factum esse non potest perfici, tamen est possibile: & quando dicitur. nihil est ociosum in natura. uerum est in specie; non tamen oportet in indiuiduo.

AD RATIONES quando aliqua se habent sicut &c. ratio tentatiua est, potest maior negari, quia homo: & risibile & si sint prius & posterius secūdum naturam: tamen quicquid impossibile est risibili quod est posterius: impossibile est homini. Vel aliter dicendum ad maiorem per interemptionem. Et cum probatur per animal. dicēdum, quod si alicui impossibile est homo secundum naturam totam: & impossibile est animal similiter ut cælo. Et cum dicitur de asino. dicendū: quod hoc totum est ex parte formæ & non ex parte materiæ quare &c. Ad secundū cū dicitur cōtinuū potest esse diuisibile &c. dicendū quod sicut diuisibile est, ita: & diuisum, quia est in potentia ad diuisum esse: cui est permixta potentia. sed nō est diuisibile: quod sit in potētia ad actū perfectū, modo cō- N
tinuū est diuisum primo, secūdo nō. ut patet tertio physi. T.c.57.
Ad tertium cū dicitur. possibile est cælū moueri &c. uerum est impossibile est cælū esse motū quo ad totum motum sed quo ad priores circulationes bene est motū: quia aduenient e una cessabit alia. O
Ad quartū possibile est quod aliqui, &c. dico quod talis imaginatio ē inordinata. Ad quintū dicitur, quod tale non est possibile secundum naturam mouentis. & motus: sed secundum existimationem & opinionem mouentis tantum sed ex natura motus & status non est quod ordinatur nisi sit possibile compleri. Vel aliter potest dici, quod possibile est aliquem hominem habere omnes scientias & aliquis habuit. ut Aristote. secundum quod de eo dicitur: sed pauci inueniuntur tales, ideo non ualet.

Infinitum autem principij habet uirtutem: & quantitatem maximam Itaq; nihil inconueniens: neq; irrationabile. mirabilem esse differentiam, ex eo quod sumitur quod est aliquod corpus infinitum: propter quod de ipso dicendū a principio resumentibus. P

Textu commen. 33. *Quæstio XXII*



Consequenter quæritur. Vtrum possibile sit corpus esse infinitum simpliciter. Et arguitur quod sic, quia quantacunq; magnitudine data possibile est accipere maiorem. ut dicit Commen. tertio phisico. Com. 75 & 76.
quia ista propositio est uera: sed hoc non posset esse si omne corpus esset finitum, quia infinito non est dare maius semper: ergo corpus similiter est infinitum. Oppositum uult aristo. in littera: qui demon- Q
strat multipliciter impossibile esse corpus infinitæ magnitudinis. a.33. usq; ad 76.

DICENDVM. ad quæstionem, quod impossibile est esse corpus infinitæ magnitudinis simpliciter, idest extensum sine terminis, quia si hoc esset: tunc esset mobile motu recto uel circulari. nam 6. physico. patet, quod omne corpus est mobile: & T.c.32
omnis motus est rectus uel circularis. ut patet primo huius. T.c.5.
sed corpus infinitum non potest moueri aliquo modorum: non circulariter. & hoc probat ratione Arist. in littera, quia si esset corpus motum circulariter infinitum. tunc infinita esset distantia inter duas lineas exeuntes a centro: quia quanto T.c.3

N magis lineæ elongantur a centro, plus distant: & quia in in-
finitum elongantur. ergo infinita est distantia: & si infinita
est distantia linearum nõ potest pertransiri a mobili, quia una
linea nunquam ueniet ad situm alterius, si mobiles sunt. ergo
non potest moueri perficiendo motum ab uno puncto ad aliud:
sed hoc est falsum: quia uidemus oppositum. Nec etiam mo-
uetur motu recto: quia si moueretur motu recto: uel hoc esset
a medio: uel ad medium: & si corpus esset infinitum. tunc gra
uitas & leuitas esset infinita: sed hoc est impossibile: quod
T.c.52 probat Aristot. in littera quia si aliquod corpus habet graui-
tatem infinitam sequeretur quod moueretur & non mouere-
tur: quæ sunt contradictoria. consequentia probatur: quia si
grauitas esset infinita: nõ posset corpus moueri: quia uel mo-
ueretur in tempore uel instanti: sed non potest moueri in non
tẽpore: quia hoc est cõtra naturã motus & precipue localis,
qui est continuus: & non potest moueri in tempore determi-
nato: quia cuiuslibet temporis est proportio ad aliud tempus:
O sicut cuiuslibet finiti est proportio ad aliud finitum si ergo
moueretur infinita grauitas, & illud tempus in quo mouetur
grauitas infinita: habet proportionem ad aliud tempus, in quo
mouetur uelocius uel tardius: non est nisi secundum pro-
portionem uirtutis ad uirtutem: sed grauitas infinita non ha-
bet proportionem ad grauitatem finitam: quia finiti ad infinitũ
nulla est proportio. Similiter oportet: quod moueatur. id cu-
ius est grauitas infinita quia grauitas est principium motus.
ergo simul mouetur corpus & non mouetur: quod est impos-
sibile. ergo id ex quo sequitur: sed hoc est, quia ponitur graui
tas infinita. Eodem modo est de leuitate infinita. consequentia
patet: quia postquam corpus graue est infinitũ, oportet quod
grauitas sit infinita, quia in maiori magnitudine est maior
uirtus. ergo in infinita magnitudine est infinita uirtus. Simili-
ter mixtum non potest esse infinitum: quia quantitas mixti nõ
P est nisi secundum quantitatem simplicium. Sed est dubium
contra primam rationem, quia accipit falsum .s. quod distan-
tia duarum linearum: quæ procedunt a centro sit infinita: quia
si hoc esset, tunc esset æqualis toti quod est contra dignitatem
quia omne totum est maius sua parte. consequentia patet: quia
distantia duarum linearum a cẽtro est pars respectu distantiæ
trium linearum. & si distantia inter duas lineas est infinita
& illa est pars alterius distantiæ ut trium linearum: ergo est
pars æqualis toti, quia nihil est maius dare infinito, & pars
infinita est sicut totum. ergo supponit falsum. Dicendum: si
esset corpus infinitum sphæricum: oporteret: quod distantia
duarum linearum simpliciter esset infinita: quia quanto lineæ
plus a centro elongantur, tanto maior est ibi distantia: quia in
infinitum elongantur, ideo est infinita distantia: & distantia
est infinita si lineæ sunt infinitæ, quia distantia est idem cum
terminis linearum: & lineæ illæ sunt infinitæ. Ad formã
Q rationis cum dicitur. si hoc esset &c. dicendum: quod impossi-
bile sequitur, quod ponitur impossibile. s. quod sphæricũ sit in-
finitum, quia implicat illud impossibile quod inter duas lineas
distantia sit infinita, & sic distantia trium linearum: quæ
habet se ut totum: æqualis erit distantiæ duarum linearũ quæ
se habet ut pars: quia uno impossibili dato: multa sequuntur.
Secundo dubium est contra secundam rationem: scilicet quod
grauitas sit infinita: quia per istam rationem probatur: quod
deus non sit infiniti uigoris, quia si deus esset infiniti uigoris
intensiue. tunc corpus cæleste moueretur, & non moueretur
quia si mouet uel in tempore uel in non tempore, sed nõ potest E
moueri in non tempore. quoniam hoc est contra naturam mo-
tus: & non est intelligibile. Si dicas: quod mouetur in tẽ-
pore. hoc non uidetur, quia aliqua uirtus finita moueret in
maiori tempore & tunc esset proportio temporis ad tempus:
in quo finita uirtus moueret & infinita: & hoc non potest
esse: quia proportio temporis ad tempus: & motus in ueloci-
tate ad motum non est nisi secundum proportionem uirtutis
ad uirtutem: sed infiniti ad infinitum non est proportio. ergo
non mouetur corpus: & similiter mouetur: , quia uirtus
est principium motus &c. dicendum quod secundum intentio
nem Aristo. ista ratio concludit de motione uigoris infiniti si-
cut de grauitate. unde Aristo. non concedit motorem primũ
esse uigoris infiniti intensiue. sed infinitæ durationis: & in
hoc excludit alios motores in hoc, quod est causa perpetuita-
tis & durationis infinitæ. Tamen secundum fidem & uerita-
tem & reuerẽter assentiendo sanctis sacræ fidei doctoribus. F
dicamus: quod primus motor simpliciter sit infiniti uigoris in
tensiue & illud est uerum quia ex nihilo omnia producit:
quod arguit infinitatem uigoris. Ad rationem, quæ est
contra illud dicendum, quod mouet in instanti temporis quan-
tum est ex parte sui: sed si mouet in tempore, hoc non est ex
parte sui sed ex parte mobilis, quod non potest recipere mo-
tum in instanti, sed bene posset mouere sic. Sed dices. omni
uirtuti actiuæ correspõdet uirtus passiua. dicendum, quod nõ
oportet q. uniuersaliter uirtuti correspondeat passiua uirtus,
sed sufficit q. particularibus, ut alijs uirtutibus a prima &c.
AD RATIONEM primam. quacunq; &c. dicen-
dum quod magnitudini non repugnat inquantum magnitudo,
sed repugnat ex parte alterius ut substantiæ cælesti subiectæ
magnitudini: quæ determinat sibi talem magnitudinem deter-
minatam ad motum. unde Cõmen. dicit: quod propositio geo-
metrica: quæ dicit quod omni linea data est accipere maiorẽ Com. 71.
est uera, quia lineæ nõ repugnet primo & principaliter in-
quantum linea: sed propositio est falsa naturaliter, quia natu
ralis considerat lineam determinatam ad maximum & ad mi
nimũ. unde intellectus est falsus dicens: quod quacunq; linea
data & in quacunq; natura est accipere maiorem nam hoc
naturaliter falsum est. ex quo patet, quod propositio de eisdẽ
terminis potest esse uera & falsa diuersimo de considerata.
ideo &c. G

¶ Considerandum iterum quid horum dicitur
bene: & quid non bene. Alteram quidem igi-
tur esse rationẽ eam: quæ sine materia, & eam
quæ in materia formæ bene quidem dicitur: &
sit hoc uerum, sed nihil hominus: neq; una ne-
cessitas propter hoc plures esse mundos, neq; cõ-
tingit factos esse plures: siquidem iste ex tota H
est materia: quemadmodum. est.

Tex. cõmen. 93. Quæstio. XXIII.

A nec secundum partes. ut dictum est in primo huius ergo cœlũ non est generabile nec corruptibile: quia materia eius non est causa generationis & corruptionis: quia sine priuatione Com.20. nam Cõment. dicit primo huius. q priuatio in materia est causa desiderij alterius formæ & generationis & corruptionis.

Ista opinio est contra Arist. & Auer. & ueritatem, quia si cælum haberet materiam: tunc esset generabile. & corruptibile secundum naturam. sed hoc est falsum secundum istos: quia concedunt q non est generabile & corruptibile secundũ naturam. & consequentia patet quia materia est primum subiectum cum insit: ex quo fit aliquid &c. secũdum actum uel aptitudinem aliter non esset subiectum primum. Sed q addit Egidius, q materia cæli est eiusdem rationis cum materia inferiorum: & tamen non habet priuationem annexã, hoc tol Com.20. lit Commen. primo huius. ubi ponit talem consequẽtiam. Si forma esset in materia, quæ non haberet contrarium: tunc natu B ra egisset ociosum: sed hoc ẽ falsũ: quia in natura nihil est ociosum perpetue licet ad tempus aliquid possit esse ociosum, consequentiam declarat: quia in substantia materiæ non est nisi potentia ad hoc, q aliquid fiat ex ea: quia materia est primum subiectum, ex quo fit aliquid &c. sed si forma in materia careret contrario. tunc ex materia non posset fieri aliquid, & nõ haberet potentiam, ut aliquid fieret ex ea, quia potẽtia ad formam non est in materia nisi prior forma possit separari ab ea: quia simul non recipit diuersas formas: quia generatio unius ẽ corruptio alterius. unde si forma in materia non haberet cõtrarium: tunc potentia materiæ esset frustra perpetua. Sed forte dices, q materia cœli habet potentiam, & tamen ex ea nunquàm fit aliquid aliud, quia eius forma non habet contrarium hoc remouet comentator Commen. 20. quia potentia materiæ ordinatur ad generationem & corruptionem, sicut acumen gladij ad incidere. Vnde si materia ista haberet potentiã & tamen nihil generaretur ex materia, tunc potentia esset C frustra æternaliter: quia nunq̃ attingeret finem: sed hoc est ociosum, quod natum est includere aliquem finem, quem nũq̃ includit. 2. physicorum. T. c. 62. Vnde quæratur ab istis si cælum sit compositum ex materia & forma: utrum forma sit anima uel non, si non: hoc est irrationabile, quia tunc forma cœli esset minus nobilis q̃ formæ inferiorum animaliũ: quod est falsum, consequentia patet, quia forma, quæ non est anima est minus digna, q̃ quæ est anima. Si dicatur q est anima, uel est anima uegetatiua, uel sensitiua, uel intellectiua. non est uegetatiua, quia nõ augetur neq; diminuitur. ut patet primo huius. T. c. 21 nec ẽ aĩa sensitiua: qa nõ habet organa sẽsitiua, nec motiua, qa illa nõ ẽ sine sẽsitiua et uegetatiua. Nec ẽ intellĩua: qa Com.20. Phus dicit. 2. de aĩa. t. c. xi. et. 3. de anima. t. c. 4. q nulla mam est perficiens dans ei esse, quia nõ est extensa: ac non sunt plures animæ, nisi fingamus alias animas præter has. Demum est dicendum ad quæstionem, q per materiam possumus intelligere duo. primo modo materiam, quæ est subiectiua & in po D tentia ad formas substantiales. Alio modo per materiam possumus intelligere subiectum: quod est in potentia unde & quo & ad terminos transmutationis localis. ut dicitur. 12. met. T. c. 10. Tunc dicendum, q si accipiatur materia primo modo quæ est in potentia ad esse, de qua dicitur. 7. met. T. c. 8. q materia prima nec est quid, nec quale, nec quàntum &c. nec priuationes, sed ẽ in potentia omnia hæc tunc cælũ non est cõpositum ex mã et forma. et rõnes huius tacitæ sunt prius et referuntur, nisi q addebatur de intellectu, q non est forma perficiens materiam hoc est uerum secundum uiam Arist. Tamen B debemus tenere firmiter, q intellectus det esse formaliter materiæ. Secundo dicendum quod si accipitur materia secũdo modo, dicendum q cœlum est materia. i. subiectũ simplex per se subsistens. & hoc patet per Commen. 8. metaphy. ubi Com.4. inquit quod cælum habet materiam localem, non autem materiam generabilem & corruptibilem, & ideo uidemus cælum non componi ex materia quæ est in potentia, & forma, quæ est in actu. et in eodem. 8. met. com. 12. ait auer. oẽ quod localiter mouetur est corpus habens potentiam in ubi quoniam sicut transmutatio, in substantia fecit nos scire materiam primam ita transmutatio in loco fecit nos scire quod corpora cælestia sunt habentia potẽtia in ubi sed cælum localiter mouetur. ut patet ad sensum. ergo est materia. i. subiectum simplex in actu non per formam inherẽtem: quæ det esse sibi. iõ etc. Sed difficultates sunt circa istã quæstionem. prima est F quã mouet Comen. 2. cap. primi. & dicit q fortior locus, qui primo cæli cõ. 5. fecit errare omnes accipiẽtes cælum esse compositum ex materia & forma. est quia dicunt q diuersitas motus ad motum non arguit diuersitatem mobilium, nisi ex diuersitate formarum mobilium: ut motus ignis diuersus à motu terræ arguit diuersitatem naturæ ignis à natura terræ: nisi per diuersitatem formarum: sed diuersitas motus cæli à motu inferiorũ arguit diuersitatem corporis cælestis à natura inferiorũ. ergo hoc erit per diuersitatẽ formæ cælestis ad formas inferiorum. & per consequens erit compositum ex materia & forma, quæ arguit diuersitatem naturæ eius: ita quòd habet formam perficientem & materiam perfectam. Aliud dubium est, quod recitat Commen. in primo in alio loco: q in com. 95. corpore cælesti uel est idem sensata res et res intellecta uel alia est. Si est alia: tunc est composita ex materia et forma perficiente materiam. Si idem: tunc est inconueniens: quia res sensata non est res intellecta: sicut intellectus non est idẽ G cum sensu: quia secundum quòd res est sensibilis non est intelligibilis: quia est abstracta à sensu. Item tertium dubium est. quæcunq; constituunt unum in numero, necesse est unum esse materiam. & aliud formam perficientem materiam, sed forma & formatum in corpore cælesti constituũt unum in numero. ut dicit Commen. in principio secũdi. ideo &c. Item quarto. multitudo indiuiduorum in eadem specie non est sine materia ut dicit. Commen. in. 7. metaphy. Com. 3. Com. 18 & primo met. sed in corpore cælesti sunt multa indiuidua sub una specie: ut Com. 47. dicit Commen. 2. huius, quia orbes corporum cælestium non Com. 49. conueniunt in genere sed differunt: sed coniuncta sunt in specie. ergo sunt plura indiuidua. & per consequens habent materiam. Item Commenta. dicit in de substantia orbis, q forma corporis cælestis non recipitur mediantibus dimensionibus, sed dimensiones corporum cælestium recipiuntur mediante forma eius. Ex hoc arguitur. illud uidetur esse in corpore cælesti inherenter mediante quo cœlum recipit di H mensiones: quia dimensiones uidẽtur esse in corpore cælesti secundum esse & inherenter, ergo etiam illud secundum esse & inherenter est in cœlo mediante quo recipit dimensiones: ut albedo in corpore mediante superficie, ergo superficies inhærenter est in corpore: sed cœlum recipit dimensiones mediante forma eius, ut patet in auctoritate preallegata. Alia est ratio fratris Thomæ: & aliæ rationes sunt

A ma immaterialis, una, quæ nec est in potentia ad esse nec ad
unde & quo: sicut intelligentie: & de illa habet ueritatem,
q. est indiuisibilis omnino per se. & per accidens & non est
extensa. Alia est forma immaterialis, quæ tamen est in potē
tia ad unde & quo & ad huiusmodi terminos transmutatio
nis, & de tali forma immateriali non habet ueritatem: quia
oportet illam formam extendi cum moueatur: & nihil mo-
uetur nisi quantum & extensum: & sic cœlū est forma im-
materialis quanta extensa: et ordinatur per motorē eius sic
ad motum. Vel aliter dicendum cum dicitur si id quod ma
gis uidetur in esse conceditur. Et cum dicitur. quod magis
etc. dicendum, q. formam præcedere dimensiones in materia
potest intelligi dupliciter. uno modo tempore. & sic est ue-
rum, q. forma præcedens dimensiones in materia tempore
esset indiuisibilis: & concludit contra Auicen. qui hoc uo-
luit, q. forma in corpore cælesti præcedit tempore dimensio
B nes, & tunc esset indiuisibilis, sicut punctum. Alio modo
intelligitur formam precedere natura dimensiones, sic non
habet ueritatem quod sit indiuisibilis talis forma: quia si hoc
intenderet Com. tunc contradiceret sibimet: quia ponit quod
cælum precedit natura dimensiones, cum dicet ipsum esse su
biectum dimensionum, et tamen est extensum ergo male pri-
mo modo. Ad aliam rationem considerandum, q. super
ficialiter iste homo processit, quod si ista ratio ualeret, non so
lum probaret, q. cœlum esset compositum ex materia & for
ma: sed etiam quod esset generabile & corruptibile: quod
est contra ipsum: quia secundum naturam ponit ipsum esse in
T.c.37. generabile & incorruptibile. unde Arist. in secunda de ge
neratione. dixit quod elemēte sunt comparabilia quia habēt
materiam communem & unam, et quod sunt generabilia et
corruptibilia: cuius oppositum dixit Empe. unde dicendum
est ad formam rationis. Illa quæ differunt &c. uerum est si
raritas & densitas dicūtur uniuoce hic & ibi, ite quod sint
C contraria in eodem subiecto sibi succedentes hic & ibi, tunc
uerum est: sed si se habent modo opposito: tunc non oportet.
Et cum dicitur. corpora celestia differunt secundum magis
densum & minus: quia Cōmenta. dicit secundo huius: q. stel-
Com. 42. la est densior pars sui orbis. Vnde dicitur q. si uirtute di-
uina ex stella fieret orbis, tunc ex pugillo stellæ fierent decē
pugilli orbis, sicut si ex aqua fit aer: tunc ex uno pugillo
aquæ fierent decem pugilli aeris, quia densior ē: ita si ex stel
la, quæ est densior pars, fieret orbis: tunc ex uno pugillo stel
2. celi cō. 42. le fierent decem pugilli orbis. Dicendum ad hoc secundū
q. Commen. respondet, q. raritas & densitas, in corporibus
cælestibus & hic non uniuoce dicuntur sed æquiuoce: quia
raritas & densitas in inferioribus sunt contraria, & succe-
dunt sibi inuicem in eodem subiecto: quia illa pars, quæ iam
est densa, postea erit rara ergo in generabilibus et corrupti-
bilibus arguit materiam unam & communem, sed in corpo-
ribus cælestibus non arguit materiam unam & subiectum
D compositum ex materia & forma. Vnde notandum, quid
sit dictu rarum æquiuoce in cœlo & in inferioribus dicitur:
& est: quia dicitur hic & ibi secundum diuersas rationes:
quia in inferioribus densum est, quod plus habet de materia,
et minus de forma. i. formam ignobiliorem, ut terra respectu
omnium est densior: & aqua respectu duorum ut aeris, &
ignis: et formam ignobiliorem habet his. Similiter aer respe
ctu ignis: & econuersu de raro, quod minus habet de mate-
ria & magis de forma. i. nobiliorem formam, ut ignis respe- E
ctu omnium elementorum est rarior. Sed densum in cœlo di
citur per aliam rationem, quod positum inter uisum nostrum
& illud, quod est supra ipsum, impedit et prohibet uisionem
quoniam non recipit speciem uisibilis usq; ad uisum. ut patet
in qualibet parte orbis non stellate, quod est perspicuum &
aliquid supra ipsum uidetur, & non quod est supra stellam.
Ad aliud cum dicitur. illud quod est sensibile &c. conce-
ditur, si est sensibile e tactu: tunc est uerum: quia recipit qua
litates tangibiles contrarias scilicet caliditatem & frigidita
tem &c. & per consequens est generabile et corruptibile:
sed si est sensibile per uisum: tunc non oportet, q. sit composi
tum ex materia & forma: quæ est in potentia ad formā sub
stātialem, sed sufficit, q. sit subiectum simplex quantū, quod
est materia in potentia unde & quo. Et cum dicitur. omne
quod est indiuiduatum &c. conceditur quantum ad proposi F
tum. Et cum dicitur. cœlum est indiuiduatum: dicendum q.
hoc nō est ad propositū: quia quod Arist. dixit ibi, dixit per primo celi T.cō.92.
modum disputationis & non per modum determinationis.
ergo nō uoluit precise dicere hoc, q. cælum differt ab hoc cœ
lo, quia cœlum dicit formam. hoc cœlum dicit formam in ma
teria. Vel dicendum, q. Aristo. accepit cœlum non ut hic lo-
quimur de cœlo: sed pro toto uniuerso corporeo, et sic habet
formam & materiam, sed cœlum est indiuiduum per aliquid
ut per quantitatem super additam, & non per materiam
& formam.

AD ARGVMENTVM Princi-
pale respondet Commente. q. in omni re mota &c. dicit, q. 12. met. cō 10. & 8. met. cō. 12
hoc debet intelligi in omni re mota motu generationis et cor
ruptionis: quia ibi oportet esse materiam perfectam per for-
mam quæ est subiectum terminorum transmutationis secun-
dum esse & non esse, sed si aliquid mouetur motu locali non
oportet q. habeat materiam quæ perficiatur per formam: sed
sufficit q. sit subiectum simplex existens in actu & solum ha G
bet potentiam unde & quo: & sic est subiectum motus loca-
lis tantum.

Quia autem neq; plures possibile est esse cœlos dicimus. Hoc. n. dicebamus intendendum: si quis non putat uniuersaliter ostensum esse de corporibus, q. impossibile est esse ea extra mundum. s. de quocunq; ipsorum: sed solum in infinite positis dictam esse rationem.

Textu comment. 76.

Quod autem non solum unus est: sed &
impossibile fieri plures. Adhuc autem quod H
sempiternus incorruptibilis existens & ingenitus dicimus primum dubitantes de ipso.

Tex. com. 92. Questio. XXIIII.



I ONSEQVENTER Quæri-
Vtrum sit possibile esse plures mundos
ex qua q̄one apparet, q̃ actu non sunt
plures. Et arguitur primo q̃ possibile
sit plures esse mundos, quia agens uir-
tutis infinitæ habet potentiam, quæ non
terminatur ad unum effectum. nã agẽs
uirtutis finitæ non terminatur ad unum effectum: ut inferio
ra entia, ergo multo magis agens uirtutis infinitæ non uide
tur terminari ad unum effectum: sed agens mundi est uirtu-
T.c8.86. tis infinitæ ut deus, qui est potẽtiæ infinitæ. ut patet. 8. phy-
T.c6.41. sico. & .12. metaphy. Item quanto aliquid est nobilius, tã
to species est nobilior & uirtuosior: quia uirtus consequitur
speciem & essentiam, sed mundus est species nobilior omni-
bus inferioribus. ergo species eius est uirtuosior, & hoc non
K esset nisi essent plures mundi sub una specie. Et confirma
T c6.34. tur. perfectum debet posse sibi simile generare. ut patet. 2. de
anima. naturalissimum enim operum est, quæcunq; perfecta
& non orbata generare tale quale ipsum est. ergo possibile
est mundum, si est perfectus, habere plura supposita uel es-
set minus uirtuosus. Item melius est esse plura optima q̃
plura minus bona: sed mundus est optimum respectu cuiusli-
bet entis particularis. ergo plures esse mundos melius est, q̃
plura animalia uel plantas, quæ sunt plura: & hæ sunt ra-
tiones Thomæ. Item. 4. si repugnaret sibi pluralitas: uel
hoc esset ex parte agentis, uel materiæ, uel formæ: sed non
repugnat sibi ex parte agentis: quia est infiniti uigoris, nec
ex parte materiæ, quia indifferẽs unitati & pluralitati. nec
ex parte formæ: quia innata est haberi in pluribus: cum sit
subiectum uniuersalitatis. ut Commen. dicit hic, & uniuersa
Com. 92. le natum est esse in pluribus. Item. 5. arguitur rõne Ari.
T c6.92. quæ ferè est omnium ut dicit Commen. omne corpus natura
le est compositum ex materia & forma: quia forma & ma-
L teria sunt principia naturalis entis, sed cælum est ens natu
rale cum sit mobile, tunc uirtus argumentationis huius est.
Omne compositum ex materia & forma uel habet uel cõtin
git habere plura supposita indiuidua, quia forma nata est eẽ
in pluribus. ut dicit Commen. sed mundus est compositus ex
materia & forma. ut probatum est prius.

t.76. usq; ad. 96. OPPOSITVM Huius patet auctoritate
Arist. & commen. & probatur per rationem fratris Tho-
mæ. Si deus faceret plures mundos, uel essent similes uel dis
similes per sufficientem diuisionem, sed neutro modo. quia si
essent similes tunc unus esset frustra, quia in uno essent per
fectiones omnes alterius, sed deus & natura nihil faciunt
frustra. nec possunt esse dissimiles: quia tunc unus non com
prehenderet omnem naturam corporis sensibilis, quia da q̃
omnem naturam corporis sensibilis comprehenderet: tunc
esset similis præcedenti, & qua ratione unus non comprehẽ
deret omnem naturam rei sensibilis nec ambo: & sic essent
M imperfecti & ex eis fieret unus perfectus: & sic rediret
propositum.

DICENDVM, q̃ secundum Arist. impos-
sibile est esse plures mundos, & rationes eius sunt. Si essent
plures mũdi, tũc terra alterius mũdi moueretur ad mediũ hu
ius mũdi sed hoc ẽ impossibile: q̃a q̃d aptũ natũ ẽ moueri ad
aliq̃d na'lr oportet q̃ moueatur na'liter per locum, quo per
uenitur ad illum locum naturalem: sed terra alterius mũdi
non posset peruenire huc, nisi moueretur per circunferentiã N
eius: & illa circunferentia est sursum: & sic naturaliter mo
ueretur sursum: quod falsum est, consequentia patet. terra
alterius mundi est eiusdem speciei cum terra istius mundi, et
differunt numero: & illorum quæ differunt numero & sunt
eiusdem speciei, est unus motus & locus in se. ut dicit Com-
men. hic. Sed hic est una cauillatio in littera. uidetur q̃ Com. 79. & 80.
possibile sit alium esse mundum: & tamen terra illius mun-
di non mouetur ad medium istius, quoniam non sunt eiusdem
speciei. Contra hoc obijcit Aristo. q̃ eadem ratione cor- T.c6.78.
pora illorum mundorum non essent eiusdem speciei: & tunc
illi mundi non essent eiusdem speciei: cum constituantur ex
diuersis partibus in specie. Sed hoc est contra illos, qui di
cunt plures esse mundos: quia dicunt omnes esse eiusdem spe
ciei: & q̃ hoc sequatur probo: nam si partes mũdorum, quæ
sunt extra mundum istum, non conueniunt cum partibus isti
us mundi, nisi in nomine tãtum, continget quod indiuidua il- O
lorum mundorum non cõmunicant cum indiuiduo istius mũ-
di nisi in nomine tantum, & dicit Commen. qui assueti sunt Com. 78.
audire oppositum, non possunt recipere tales propositiones,
quia dicunt omnia esse possibilia. Item alia cauillatio, q̃
terra alterius mundi non moueretur ad medium istius mun-
di: quia nimis distat, sicut ferrum in quacunq; distantia non
attrahitur a magnete. Aristo. remouet cauillationem, & di T.c6.81.
cit q̃ maior distantia & minor non diuersificant naturam,
nec motum localem, qui sequitur naturam: quia diuersifica-
tur quantitas: quia naturalis motus in fine penes locum uel
ocior est, q̃ in principio & dicit Commen. q̃ res naturalis nõ Com. 86.
diuersificatur secundum accidens uel quantitatem: sed talis
distantia est quantitas, sed per se & per suas formas diuer
sificatur. Et cum dicitur, q̃ ferrum non attrahitur. dicẽdum
q̃ ex se ferrum non mouetur ad magnetem et a principio in
trinseco, nisi trãsmutetur aliqualiter a uirtute magnetis. er
go non mouetur nisi ubi potest alterari a uirtute magnetis: P
sed ista grauia per se & a principio intrinseco mouentur ad
suum locum, & ita uult Commentator, q̃ grauia natura-
liter mouentur à principio intrinseco effectiuo & non tantũ
per passiuum. Ergo terra alterius mundi & istius sunt eius
dem speciei, ergo debet naturaliter moueri ad medium istius
mundi: & hoc non potest esse nisi transeat circunferentiam
quæ est sursum: & sic naturaliter mouetur sursum. Itẽ
secundo: si esset alius mundus, tunc in separatis à materia es
sent plura supposita, sed hoc est falsum: & supponatur ad
præsens, quia fiet quæstio de hoc. consequentia patet, quia
postq̃ esset alius mundus, tũc esset alius motus circularis ut
supremæ sphæræ: quia motor in alio mũdo faceret alium mo-
tum in numero, & ille motus causaret in inferioribus gene-
rabilia & corruptibilia sicut hic, & illa entia generata dif-
ferunt in numero. ergo motus differunt numero sicut corpo-
ra cælestia & ultima sphæra. ergo essent à motoribus diuer-
sis in numero: sed illi motores sunt separati a materia: quia Q
motor, qui mouet perpetuo motu, est separatus a materia: q̃a
nulla uirtus in magnitudine potest mouere motu perpetuo:
secundum autem theologos est dicendum q̃ istud non præiu-
dicat potẽtiæ diuinæ: quia semper in ea seruatur libertas in-
finita & potentia infinita faciendi plures mundos, quia licet
non posset conuinci a sensibilibus, à quibus accipitur ratio
Aristo. tamen credendum est hoc firmiter sacris doctoribus

fidei

A fidei reuerenter assentiendo.

PER HOC Ad rationes. Ad primam, cum dicitur. agens uirtutis &c. uerũ est non terminatur ad unũ effectum imperfectum: sed bene terminatur ad unum actum perfectum. Et cum dicitur agens &c. conceditur: & cum dicitur. ergo multo magis &c. dicendum, q. non terminatur ad unum effectum diminutum, sed bene terminatur ad unum effectum perfectum. Vnde si plures essent mundi, tunc essent imperfecti, uel unus esset frustra ut probatum est. Ad secundum quanto &c. dicendum, q. est maioris uirtutis facere unum perfectum, q̃ facere plura imperfecta: quia inferiora imperfecta sunt respectu mundi, unde pluralitas suppositorum arguit diminutionem & imperfectionem, unde minus est nobilius multo ignobili. Ad tertium dicendum, q. ista ratio est onerosa: quia per eam probaretur plures esse deos, quia deus est optimum. Vnde dicendum, q. uerum est si est
B possibile: sed plures esse mundos non est possibile: quoniam pluralitas & diuersitas est quoddam imperfectum. unde plura optima non possunt esse: quia tunc aliquid deficeret uni.

Sed posset argui aliter, quod est melius, est magis possibile q̃ illud quod est uilius: sed mundus est melior q̃ inferiora, ergo plures mundi sunt magis possibiles quàm plura inferiora concedatur maior: & concedatur q. mundus sit melior inferioribus. Et cum dicitur. ergo plures, dicendum q. non: quia plures esse mundos non est melius, quia non est bonum, & comparatiuus presupponit positiuum, unde non est bonum plures esse mundos: quia arguit diminutionẽ. Ad quartum dicendũ, quòd ex parte materiæ repugnat inquantum materia occupatur tota à forma cæli, quia si materia hominis tota esset sub forma hominis non esset nisi unus homo. Ad quintum conceditur, totus processus: & dicitur, q. mundus est compositus, quia forma eius est natura neutra neq; leuis, ut cœlum: sed materia est sphæra elementorum.
C Tunc quãdo dicitur in omni cõposito ex materia etc. Arist.
T.cõ.93. & 94. respondet, q. uerum est nisi materia tota sit sub forma: tunc non est possibile plures esse mundos, & posuit plura exempla de simitate &c. Sed ad hoc arguitur, si mundus est unus, uel est unus numero, uel genere, uel specie, dicendum, q. non est unus numero, quia non est continuus. nec specie, quæ est sub genere: quia tunc haberet aliam speciem oppositam sibi: sed est unus unitate analogiæ. i. attributionis, sicut ordinata in finem. ut patet. 4. metaphy. per Commen. un
Com. 2. de omnia in mundo ad ultimam sphæram attribuuntur sicut ad finem.

Siue enim sint species, quemadmodum dicunt quidam, necesse hoc accidere, siue etiam separatim nullum talium nihil minus. In
D omnibus enim sic uidemus quorumcunq; substantia in materia est, plura & infinita entia, quæ eiusdem speciei. Itaq; aut sunt plures cœli, aut contingit esse plures.

Tex. com. 92. Questio. XXV.


ONSEQVENTER quæritur. Vtrum in separatis à materia possint eẽ plura indiuidua sub una spẽ. Et arguitur quòd sic, sicut se habet agens materiale ad effectus ma'les, sic agens immateriale ad effectus immateriales per conuenientem similitudinem, sed agẽs materiale põt agere plura indiuidua eiusdem speciei. ergo agens immateriale potest agere plures effectus immateriales eiusdem speciei nam homo potest agere plures homines. Item agens perfectioris uirtutis põt producere plures effectus q̃ agens imperfectioris uirtutis: sed deus est agens perfectioris uirtutis actiuæ q̃ ista inferiora, & ista agentia inferiora generant plura indiuidua eiusdẽ speciei. Et confirmatur, quia agens infinitæ uirtutis põt producere plura indiuidua eius-
F dem speciei, quia aliter non esset infinitæ uirtutis: & omnipotens nõ posset plures effectus immateriales facere, sed deus est agens infinitæ uirtutis & omnipotens. ergo põt producere plura indiuidua eiusdem speciei in separatis à materia. Item species perfectior debet habere plura indiuidua sub se q̃ imperfectior: sicut homo est perfectior species alijs. ergo plura indiuidua habet in materia sub se, sed species immaterialis perfectior est rebus materialibus. quare &c. Confirmatur maior per Commen. 2. physicorum com. 45. & 46. & 2. cœli tex. com 50. & in primo de partibus animalium cap. primo Quoniam natura magis debet eẽ sollicita circa perfecta q̃ circa imperfecta, sed hoc non eẽt nisi daret eis indiuidua plura eiusdem speciei. Item. 4. in quocunq; differt quidditas ab habente quidditatem debet habere plura indiuidua. Vt homo hic homo: & lapis & hic lapis ergo plura indiuidua sunt ibi. sed in abstractis a materia ut in intelligentijs differt quidditas ab habente quidditatem, ut intelligẽ-
G tia ab hac intelligentia. Item. 5. quelibet species debet habere plura indiuidua per diffinitionem speciei quam posuit Porphyrius spẽs ẽ quæ predicatur de pluribus etc. Et cõfirmatur spẽs ẽ uſe: & uſe diffinitum est esse in pluribus ut dicit Commen. hic: sed intelligentiæ sunt species subiectiuæ: primo cęli. com. 2 quia substantia est genus generalissimum ad substantias corporeas et in corporeas: Item sexto sicut est de mobilibus sic est de motoribus, quia dicit Com. 2. huius: quòd motores Com. 49. cœlestium conueniunt simili conuenientia sicut mobilia & differunt simili differentia sicut mobilia: sed mobilia: ut orbes cœlestis plures sunt eiusdem speciei, & differunt numero ut dicit Commentator. 2. huius. ergo etiam plures motores Com. 52. sunt eiusdem speciei, & differunt numero, & illi motores sunt abstracti a materia.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. T.cõ. 90 implicite. quia uidetur probare, quòd non sit alius mundus,
H quia tunc esset alius motor primus differens numero a motore primo alterius mundi & conuenirent in specie, & hoc deducit Commen. quoniam si esset alius mũdus, tunc esset alius motus primus & aliud mobile primum, & etiam esset alius motor primus, qui ageret illum motum primum: & quia Com. 90. et. 12. met. 4 ?. mundi conueniunt in specie, tunc mobilia prima similiter & motus: & per consequens primi motores conuenirent in specie & differrent numero, & isti motores sunt abstracti à

I à materia, et hoc idem dicit expositor: & potest formari ratio. Illa, quæ possunt perpetuari eadem numero, non debēt plurificari, quia plurificatio indiuiduorum est propter perpetuitatem, cum idem in numero nō possit perpetue permanere, tamen manet in specie: sed in abstractis à materia idem indiuiduum in numero semper potest permanere, quia non habet materiam, & abscisio à materia secundum Commētatorem est causa perpetuitatis.

NOTANDVM q. omnes phylosophi cōueniunt in hoc, q. in abstractis à materia non sunt plura indiuidua uno sub specie. Et sciēdum, quòd omnia indiuidua eiusdem speciei alio modo differunt q̄ species diuersæ, quia indiuidua eiusdem speciei non habent distinctionem per se, sed species per se habent differentiam per quā per se distinguūtur nam si indiuidua per se distinguerētur, tunc haberent et non haberent eandem naturam quæ maxima contradictio ē, K deducitur autem absurdum, nam quæ distinguuntur per se, per naturam distinguuntur, quare non habent eandem naturam, habent autem eandem naturam, eo quoniam sunt indiuidua eiusdem spetiei, dicitur .n. 2. posteriorum q. in eadem spetie possunt esser plures differentiæ per accidens, & non per se, quapropter fieri non potest ut indiuidua eiusdem spetiei p se distinguantur ita quòd in istis substantijs materialibus diuersitas indiuiduorum non est nisi ex diuersitate accidētium Com. 28. unde dicit Commenta. 7. metaphy. q. diuersitates indiuiduorum eiusdem naturæ sunt ex partibus materiæ, in quas agit agens. unde ex hoc arguitur. In quibus nō sunt partes materiæ, in quas agens agit, non sunt plura indiuidua sub una spetie, quia multitudo partium materiæ est causa indiuiduorum: quia in substantijs abstractis à materia non sunt partes materiæ, in quas agēs agat, quia sunt immateriales ideo etc.

Item in illis non sunt plura indiuidua sub una specie, ubi non sunt plura accidentia, quia indiuidua sub una specie difL ferunt per accidentia in eis uel per quidditates. si per accidentia tunc habetur propositum. ubi non sunt plura accidētia, ibi non sunt plura indiuidua, sed si per quidditates differunt, tunc sunt idem specie, & non idem specie, quia quæ differunt per quidditates differunt specie, & hæc est contradictio. sed in substātijs in materialibus nō sunt accidētia, quia licet accidentia sint in materialibus non tamen sunt in immaCom. 25. terialibus: ut dicit Commen. 12. meta. & aliqui resoluunt secundum q. non sunt accidētia in immaterialibus, quia in quocunq; non sunt prima accidentia, ibi non sunt secunda accidentia, quia remoto primo non stat secundum, sed prima accidentia sunt dimensiones, quoniam præcedunt qualitatem, & relationem &c. sed in substātijs immaterialibus nō sunt dimensiones, quoniam motores orbium cælestium sunt uirtuT. c6. 86 tes sine magnitudine, ut patet. 8 physi. quia mouēt motu perpetuo: sed nulla uirtus in magnitudine potest mouere motu perpetuo. Sed illa ratio patitur difficultatem, quia intelM lectus humanus non habet prima accidentia: ut dimensiones T. c6. 4. quia est uirtutis immaterialis: ut patet. 3. de anima: & tamen habet accidentia, ut intelligere ex phantasmatibus.

Dicendum uno modo, q. intellectus habet accidentia, quia est forma corporis substantialis dans esse inherēter: et ideo gratia huius inherentiæ habet accidentia, sed alia non, quæ non habent esse inherenter in corpore, ut sunt intelligentiæ.

Vel aliter dicendum, quòd non est simile quia intellectus non habet esse inexistenter et inherenter corpori, tamen eius N operatio dependet ab aliquo quod habet accidentia: q. intelligere non est sine phantasmatibus. Ex hoc melius potest formari ratio. In quo non sunt prima accidentia, nec operatio dependens ab aliquo in corpore, non habet accidentia aliqua: sed hoc est in intelligentijs. ergo non habent accidentia quia non habent prima accidentia materiæ, ut dimensiones: nec operatio ipsarum dependet è uirtute sensitiua, quia intelligere ipsarum non est cum phantasiari: ut in nobis. quare etc. cum ergo diuersitas indiuiduorum nō possit esse nisi per accidentia & illa nō sint in substantijs abstractis. ideo ibi nō sunt plura indiuidua sub una specie. Notandum, q. quamuis isto modo dicat phylosophus: tamen debemus aliter dicere secundum fidem & ueritatem sanctis doctoribus reuerēter assentiendo: q. deus potest plura indiuidua sub una specie facere & sunt plura sub una specie. sed Aristo. hoc non uidit: quoniam non potuit hoc demonstrare ex sensatis. O

PER HOC Ad rationes secundum fidem & ueritatem determinemus in quibus non sunt partes materiæ in quas agit agens &c. uerum est indiuidua materialia, sed possunt plura esse immaterialia &c. dicendum q. bene concluditur, q. non sunt ibi plura indiuidua materialia, sed immaterialia plura. Ad secundum in quibus cunq; non sunt accidentia &c. maior est uera quātum ad illud scilicet quod ibi non sunt indiuidua materialia. Et cum dicitur. sed in substantijs &c. dicendum q. ibi sunt accidentia aliqua ut species concreatæ, per quas intelligūt uel huiusmodi, quæ nobis sunt ignota. Per hoc diceretur ad rationes primas secundum uiam Aristo. cum dicitur, sicut se habet agens &c. dicendum quòd est simile quantum ad dependentiam, quia sicut effectus materialis dependet ab agente materiali, sic effectus immaterialis ab agente immateriali, sed est dissimile: quia effectus materialis agētis diuersificatur propter diuersitatem partium materiæ: in quas agēs agit: sed effectus im- P materialis non est multiplicabilis per partes materiæ, quia non habent materiam &c. Ad secundū agens perfectiorum &c. Verum est si esset factibile in natura sua: quia facere impossibile non est factibile in natura sua. Et cum dicitur ista inferiora &c. dicendum, quòd bene plura indiuidua in materiali substantia sub una specie est factibile. sed in immaterialibus non sunt plura indiuidua sub una specie factibilia quia non pertinent ad perfectionem rei. Et ad confirmationem agens infinitæ &c, uerum est si sunt factibilia: sed si non sunt factibilia non oportet. Et cum dicis. deus &c. dicendum, q. ista indiuidua plura sub una specie sunt factibilia in substantijs materialibus: sed in substantijs immaterialibus non sunt factibilia: quia non habent partes materiæ, in quas agens agat. Vel aliter dicendum secundum Aristo: q. uerum est, si est infinitum in uigore in quantitate actionis & uirtutis intensiue, sed si est infinitum in duratione nō oportet: sed sic est hic quia uirtus in deo, ut dicit Aristo. nō Q est infinita in uigore, sed in duratione tantum. Et cum dicitur. quomodo differt tunc primus motor ab alijs. dicet Arist. q. primus motor istam durationem habet à se: & non depēdet ab aliquo, sed alia perpetua habent durationem infinitā dependentem à deo. unde deus est causa perpetuitatis durationis aliorum, quare non depēdet ab alio primo. Ad tertium species perfectior &c. dicendum, quòd uerum est si sit

generabilis

A generabilis: & non permanens unum in numero. Et cum dicitur species immaterialis &c. dicendum, q̄ hoc est propter hoc, quia homo unus in numero non potest perpetue permanere: sed hoc non est propter perfectionem naturæ ipsius.

Et ad confirmationem. natura magis est sollicita &c. dicendum q̄ uerum est in dando cuilibet, quæ conueniunt sibi: sed non dat quæ nō conueniūt sibi. modo immaterialibus substantijs non conuenit multitudo induiduorum: quia arguit plus imperfectionem q̄ perfectionem. Ad quartū. in quocunq; quidditas differt &c. uerum est si differt realiter. Et cum dicitur. in abstractis &c. dicendum, q̄ ibi non differt realiter quidditas ab habente quidditatem sed solū uocaliter: quia solum differt secundum nostrum modum concipiendi. Ad quintum. quælibet speties &c. dicendum, q̄ uerum est: sed in diuersis diuersimode prædicatur speties de pluribus: quia quædam speties plura indiuidua habet actu & aptitudine, ut
B speties naturales: quædam autem aptitudine & non actu: ut sol & luna, & quædam nō habent plura indiuidua nec actu nec aptitudine, sed quia non repugnat eis, ut substātiæ sunt multitudo. Vel aliter dicendum, q̄ uerum est, si est species generis prædicabilis: & continetur sub genere uniuoco sed si est speties. i. quidditas distincta per se non oportet. Et cum dicitur substantia &c. negatur: quia intelligentiæ non sunt speties prædicabiles, & sub genere uero et logico: quia speties prædicabilis est composita realiter ex genere & differentia: quæ differentia habet aliam differentiam sibi cōtrariam, & sic species sunt contrariæ. quia quod constituitur p contrarium essentialiter, habet contrariū, et sic species sunt in eodem subiecto successiue, sed hoc repugnat intelligentijs nam intelligentiæ bene habent speties. i. quidditates distinctas per se: & non sequitur, q̄ si aliquæ sint quidditates distinctæ, q̄ sint ueræ speties quia. x. prædicamēta sunt quidditates uere distinctæ: & tamen non sunt species distinctæ,
C sed tamen bene sequeretur. si speties ueræ sunt, tunc sunt quidditates distinctæ. Et dices quomodo ergo sunt intelligētiæ in prædicamento. dicendum, q̄ sunt in prædicamēto substantiæ per reductionem sicut principium, ut etiam materia & forma reducuntur. Ad aliud, sicut est de mobilibus, &c. conceditur per conuenientiam & differentiam: ut dicit Commen. Et cum dicitur. q̄ Commen. dicit. q̄ corpora &c. dicendum q̄ corpora cœlestia eiusdem speciei esse intelligibilitur dupliciter. Vno modo positiue, quia in una specie prædicabili sunt. Alio modo negatiue, quia non habent diuersas formas perficientes ea sicut materia prima debet eē una numero priuatiue per priuationem omnium formarum, sed positiue non est una in numero modo corpora cælestia. 2. modo dicuntur esse idem specie seu eiusdem speciei: quia non habēt formas distinguētes ea, unde diuersæ quidditates per se sunt sed non sunt species distinctæ.

D ¶ Simul autem manifestum, q̄ neq; locus: neq; uacuum, neq; tempus est extra cœlum Textu. Comment. 99.

Quæstio. XXVI.



CONSEQVENTER B quæritur circa illud capitulum quod autem non solum unus est etc. circa tex. 99. Vtrum extra cœlum sit uacuum. Et arguitur quòd sic. Illud est extra cœlum quod uirtus imaginatiua imaginatur extra cælum quia imaginatio est uirtus passiua: & mouetur à re imaginata, ut quælibet uirtus sēsitiua sed uirtus imaginatiua extra cœlum imaginatur uacuum. Et cōfirmatur, quod mouet uirtutem passiuam ad suum actum, hoc debet esse ens: quia non ens nō mouet uirtutem passiuam: quia estimabitur aliqua speties semper mouens. 3. phy. sed uacuum T.c.17. mouet uirtutem imaginatiuam ad actum imaginandi: quoniam uel mouetur à se ad imaginandum uel à uacuo. non à se: quia uirtus passiua nō reducit se ad actum. 5. meta. ergo à uacuo. & per consequens est extra cœlum. F T.c.17. t.c.6.60. Item secundo. nam dicitur. 4. phy. quòd uacuum est locus non repletus corpore tamen aptus recipere corpus, quia conueniētior est illa descriptio uacui quia in hoc omnes conuenerunt: qui aliquid dixerunt de uacuo, sed extra cœlum est locus: quia extra est differentia loci: & non est repletus corpore: quia ibi non sunt corpora: ut dicit Aristo. in littera, sed tamen aptus natus est recipere corpus: ut patet. 4. phy. Item. 3. t.c.6.40 ponatur, quòd homo sit in ultima sphæra: uel ille potest extēdere manum uel non. si non potest: tunc est aliquid prohibēs ibi, quod est corpus: quod est inconueniens. ergo potest extendere manum. ergo prius fuit locus non repletus corpore & hoc est uacuum.

Oppositum uult Aristo. in littera. extra cœlum non est T.c.99. uacuum, nec locus, nec tempus.

NOTANDVM Quòd extra cœlum non potest esse corpus naturale: quia si hoc eßet. uel esset ibi secundum naturam uel præter naturam. per sufficientem diuisionem, G sed non est ibi secūdum naturā: quia uel esset corpus simplex uel mixtum. non simplex: quia uel esset graue uel leue, uel neutrum: sed non potest esse neutrum: ut cœlū: quod nec est graue, nec leue, quia tunc cœlū esset extra cœlum. uel sic cœlum posset mouere extra locum suū, quod falsum est. nec pōt ibi esse graue, uel leue: quia ista habent alia loca secundum naturam, quia graue circa medium leue uero in circunferentia, ergo extra cœlum non sunt secundum naturam, quia unius corporis simplicis unus est locus simplex secūdum naturam: ut patet in littera. Nec potest ibi esse corpus mixtum, quia in quocunq; mixta sunt & simplicia, quia primo cæ li.t.c.7. simplicia saluantur in mixto, aut omnia aut unum eorum. Nec potest ibi eē corpus naturale præter naturam, quia ubi aliquid ē præter naturam: in illo loco est aliquod corpus secundum naturam: sed nullum corpus est ibi secundum naturam, ut probatū est. ergo ociosus esset ille locus. quod est cōtra dignitatem, H quia deus & natura nihil faciunt frustra et ociose. Tunc dicendum est quòd extra cœlum non est uacuum: primo cœ li.t.c.32. quia ubi est uacuum ibi est locus non repletus corpore quia illa est conuenientior descriptio uacui. 4. phy. sed extra cœlum non est locus, T.c.6. & 60. quia in omni loco potest esse corpus uel secundum naturam uel præter naturam: sed extra cœlū non est corpus nec secundū naturam nec præter naturam

A sificari à se diuersis rationibus. Tertio dicendum, q. æternitas, quæ attribuitur substantijs non est idem cum tempore, quia illa non sunt idem, quorum unum est in subiecto in quo non est aliud, sed tempus & æternitas sunt huiusmodi: quia æternitas est in substantia ut in motore, sed tẽpus est in motu uel in mobili. Sed quæritur utrũ illa æternitas sit substantia uel accidens, & uidetur q. neutrum potest esse. non potest esse accidens, quia in deo nullum cadit accidẽs. nec potest esse substantia, quæ substantia deus est: quia nulla mensura est substantia: sed æternitas est mensura substantiarum, sicut tempus est mensura motuum, relinquitur q. æternitas est nihil. Ad hoc dicunt aliqui, quòd æternitas, qua substãtia est æterna, nec est substantia, nec est accidens: sed quia ponunt .3. ens, quod nec est substãtia nec accidens. dicũt cum ens diuiditur in substantiam & accidens, non est uerum de ente toto: sed tantum uerum est de ente reali. unde ens rationis non est uere substantia nec accidens. unde dicunt, quòd nec est subiectiue in re nec in anima: sed ẽ in intellectu obiectiue, scilicet perspectiue: ut intelligẽs rosam: illa rosa intellecta nec est in anima nec in re: quia hoc est singulare quòd respondet rosæ: quia sic non esset uniuersale, sed obiectiue in intellectu ut dicunt. Ista opinio est contra Arist. in multis locis, ubi diuidit ens in substantiã & accidens: quia oẽ quod est, uel inhæret alteri uel non. si inhæret alteri, tunc est accidens. si autem non inhæret alteri, sic est substantia. ergo diuisio Arist. est sufficiens. Vnde dicẽdum est aliter, quòd æternitas quantum ad rem significatam est substantia, sed secundum rationem non est substantia. unde illud, quod intelligit intellectus ut intelligit, est substantia & æternitas: sed quo ad rationem qua significatur, non est substantia ut inquantum ipsum intelligit carere principio & termino. unde conceptus æternitatis est carentia principij et finis. Tũc quæritur de carentia: utrum sit aliquid uel nihil. si est aliqd tunc est substantiam uel accidens. non potest esse substantia per idem quod prius &c. contra dicta. nec accidens: quia tunc in abstractis à materia eẽt accidens. Nota quòd cum intelligimus intelligentiam: tunc eadem res, quæ est substantia quo ad rem significatam est æternitas, sed differt rõne: quia inquantum caret principio & fine tunc non est substantia, quia dicit græcismus: æternum uere sine principio sine fine.


Ad rationem: cum dicitur. uel est aliquid &c. dicendum quòd est aliquid ens ut negatio terminorum durationis. unde negatio dicitur etiam ens. 4. met. Et cum dicitur. uel est substantia uel accidens &c. dicendum quòd est accidens. Et cum dicitur. ergo in separatis substantijs est accidens. dicendum, quòd ibi bene est accidens negatiuum, & per negationem: sed accidens positiuum non potest esse in eis.

T.c.2.

A D R A T I O N E M In oppositũ: cum dicitur. illud, quod est mensura &c. conceditur, quòd idem est realiter cum tempore, sed differt ratione, quoniam inquãtum caret termino dicitur æternum: sed inquantum habet prius & posterius dicitur tempus.

Extra cœlum autem ostensum est: quia neq; est: neq; contingit fieri corpus. Manifestum igitur quia neq; locus, neq; uacuum, neq; tempus est exterius. B

Textu com. 100. Quæstio. XXVIII.



ONSEQVENTER quæritur. Vtrum entia extra cœlum quæ Arist. ibi dicit. sint transmutabiles, & arguitur quod sic, illud, quod est in loco est transmutabile. quia locatum mobile est secundum locũ, ut patet quarto physic. sed ista entia extra cœlum sunt in loco: quoniam extra & intra dicunt loci circunstantiam: sicut prius & posterius sunt differentiæ ordinis. T.c.32. & 132. Item illud, quod nũc agit, & prius non agebat, nec postea aget, est transmutabile quia quod agit effectum, quem prius nõ agebat, nec aget postea est transmutabile: sed intelligentia agit effectum, quem prius non agebat, nec aget postea ut reuolutionem hodiernã quæ corrumpitur uel reuertitur. F Item quod prius habuit uirtutem, quã postea non habet. uel quod fuit uirtuosum prius, & postea non erit, est transmutabile: sed intelligentia habet aliquam uirtutem, quam prius non habuit: nec postea habet, ut anteq̃ egisset reuolutionem istam, habuit uirtutem ad faciendum eam aliter non egisset eam: sed postq̃ iam egit eã, non habet uirtutem iterum ad eam, quia tunc idem in numero rediret, quod est falsum. modo q. aliquid sit uirtuosum & postea non. hoc non est sine trãsmutatione. Item quod simpliciter non est liberatum a potentia, est transmutabile, quia potentia est principium transmutationis saltem receptiuum, sed multæ intelligentiæ non sunt liberatæ a potentia, quia Com. dicit tertio de anima quòd nulla simpliciter est liberata a potentia nisi illa, quæ nihil intelligit extra, unde subdit q. natura intellectus possibilis est in omni intelligentia. Com.5. G Itẽ quòd recipit est transmutabile, quia recipere non est sine trãsmutatione: sed intelligentiæ recipiunt: quia intelligunt: sed intelligere est recipere & pati: ut patet tertio de anima.

Oppositum uult Aristo. in littera. sed illa entia, quæ sunt extra cœlum, sunt inalterabilia & intransmutabilia sufficiẽtissimam uitam & optimam habentia in toto æterno. T.c.8.2. T.c.103.

S C I E N D V M sicut dicit. Ari. octauo phy. quòd nulla uirtus in magnitudine finita mouet per tempus infinitum: quia in uirtutibus, quæ sunt in magnitudine uirtus partis est minor q̃ uirtus totius, sed quodlibet finitum habet partes æquales finitas: quia nullum finitum diuiditur in partes æqualiter infinitas: quia consumitur per partes illas, ut patet primo & .3. phy. sed bene diuiditur in infinitum secundum partes inæquales. modo accipiamus partem. in illa parte minori ẽ minor uirtus q̃ in toto. Similiter in alia pte & sic habet finitas partes. modo sicut uirtus, quæ mouet in finita magnitudine habet partes finitas: sic tempus quod est mensura motus. 2T.c.77. in finem. T.c.37. T.c.57. H Ex hoc arguitur. Illud, quod habet partes finitas est finitum: sed uirtus in magnitudine est huiusmodi: & per consequens tempus procedens ab illa uirtute ẽ finitum. Secundo sciendum quòd motus primus est infinitus: ut patet. 8. phy. a principio per longum processum: & ibi demonstratur ex sensibilibus. Per hoc dicendũ ad quæstionem, quòd motores corporum cœlestium sunt intransmu

I T.c.32. 87.& 41. tabiles: quia quòd non est corpus nec uirtus in corpore non est transmutabile, quia nihil mouetur nisi corpus: ut patet .6 phy. sed motores corporum coelestium nec sunt corpus nec uirtutes in corpore: quia tunc non mouerent motu æterno.

Contra hoc instatur. Intellectus humanus non est corpus nec uirtus in corpore, & tamen transmutatur ab intelligibili. Dicendũ, quòd intellectus non mouet motu perpetuo, nec est simile de intellectu & intelligentia, quia intelligere nouum est: quia contingit intelligere sicut sentire, sed motus coeli quem facit intelligentia, non est nouus. ergo intelligentiæ sunt intransmutabiles. Et hoc apparet principaliter de primo principio: quia si moueretur ab aliquo: uel hoc esset in peius uel in melius, sed non potest in peius mutari, quia nihil potest esse prauum in eo, nec in melius. quia tunc aliquid esset melius eo, quod est falsum: quia optimum eorum, quæ in natura est deus.

K PER HOC Ad rationes. Ad primam. Illud quod &c. uerum est si est in loco positiue & circũscriptiue, sed si negatiue tunc nõ oportet. Et cum dicitur. sed ista etc. dicendum, quod positiue non sunt in loco: sed negatiue solum. Et cum dicitur. intra & extra &c. uerum est si intra & extra accipitur positiue & circunscriptiue: sed si solum negatiue: tunc non oportet, & sic intelligentiæ sunt in loco negatiue: quia non circunscribũtur a loco. Ad secundam. illud quod nunc agit &c. potest negari: quia intelligentia potest agere effectum quem prius non agebat, ut illuminare aliquid quod prius non illuminabat propter impediens, non tamen oportet quod sit transmutabilis, unde si primus motor efficit aliquid quod prius non fecit, hoc non est ex parte sui: sed mobilis, quod ẽ defectuosum: sed si efficeret aliquid quod prius non fecit, quod hoc esset ex parte sui: tunc esset transmutabilis. Aliter. dicitur, quod uerum est, si agat illud tanquã immediatum effectum, sed si mediate: tunc non oportet. Et cum dicitur. quod facit &c. dicendum quod non immediate facit reuolutionem hanc, quia semper alia reuolutio præcessit. unde si non precessisset alia reuolutio: tunc esset transmutabile uel per se uel per accidens. Ad tertiã illud, quod nunc habet &c. dicendum, quod non potest esse sine transmutatione uel diuisibili, quia ad primam qualitatis speciem non fit alteratio, tamen sequitur alterationem. Et cum dicitur. quòd intelligẽtia &c. dicendum quòd sicut prius habuit uirtutem: ita nũc habet eam. sed quòd non agit secundum illam idem in numero quod prius, hoc non est ex parte sui, sed ex parte mobilis quia quod corruptum est non redit idem numero: quia quorũ

Com. 70. substantia deperit non redeunt eadem in numero. 2. de generatione. Sed dices, quòd potentiæ actiuæ debet correspondere potentia passiua. dicendum quòd uerum est in preterito uel in futuro, sed nõ uult quod uniuersaliter correspondeat sibi potentia passiua & semper. Vnde postquã circulatio est finita, tunc illi uirtuti correspondet potentia passiua in preterito,

M sed non oportet quod potentia passiua eadem in numero in futuro: sed sufficit in se. & si dicitur, quod si aliquid nõ habuit prius uirtutem & modo habet, oportet transmutari. quia aliter non esset uirtuosum. dicendum, quòd uerum est si illa uirtus est respectu effectus immediati, sed si respectu alicuius mediati non oportet tunc: modo circulatio non ẽ immediatus effectus intelligentiæ: quia alia precessit: quia coelum non incipit moueri dum quiescit: ut patet. Ad quartam simpliciter &c. dicendum, quod non est liberatum a potentia remota ab actu hoc est transmutabile. N

sed quod non est liberatum a potentia propinqua, non oportet quod sit transmutabile, quia ad habitum non est motus ex. 1. de generatione. Et cũ T.c.55. dicitur. intelligentia &c. dicendum quod intelligentia non liberata a potentia propinqua & coniuncta actui bene habet se ad modum potentiæ passiuæ .i. minus nobilis, quia intelligentia inferior est ignobilior quã superior. & sic solum primũ est liberatum, quia est optimum diuinissimum: sed intelligentia semper est in actu intelligendi & semper mouet. Aliter dicitur, quod uerum est, si habet potentiam passiuam, quæ est receptiua transmutationis. Et cum dicitur. intelligentiæ &c. dicendum, quòd intelligentia habet potentiam secũdum similitudinem, quia habet diminutionem & perfectionis carentiam quæ est in primo principio. uel quando Cõmen. dicit quòd natura intellectus possibilis &c. dicendum, quòd est intelligendum, quod natura intellectus possibilis est in omni intelligentia uerum est per diminutionem, quam habet respectu perfectionis in prima, ergo non est uera potentia. O Ad quintam quod recipit &c. dicendum, quod uerum est si recipit uera receptione. Et cum dicitur. intelligere &c. dicendum, quod intelligere humanum est pati: sed intelligere intelligentiarum non est pati: quia non recipiunt & intelligũt de nouo: sed secundum assimilationem est pati in eis inquantum una intelligentia est inferior alia, tunc dicitur in potentia respectu illius: quia est imperfectior.

¶ *His autem determinatis dicamus post hoc utrum ingenitus aut genitus: & utrum incorruptibilis aut corruptibilis pertranseuntes prius aliorum suppositiones.*

P

Textu. com. 101. Quæstio. XXIX.



ONSEQVENTER Quæritur: circa capitulum de creatione ipsius mundi. Vtrum mundus sit generatus. et arguitur quod sic. Illud quod dependet ab aliquo tanquã ab agente est generatum, quia sic dependens ab alio est actum, sed actum est genitũ, & mũdus dependet ab aliquo ut ab agente per Commen. in de substantia orbis. ibi dicit indifferenter Cap. 2. omne corpus indiget uirtute agente siue sit simplex siue cõpositum siue genitum siue ingenitum, unde dicit nulla ẽ differentia inter indigentiam uirtutis actiuæ inter omnia corpora siue sint genita siue ingenita siue simplicia siue composita. Item omne corpus corruptibile est genitum, quia corruptibile & genitum conuertuntur sicut ingenitum & incorruptibile. ex primo huius, sed mundus est corruptibilis: T.c. 106. Q quia est compositus ex contrarijs ut igne & aqua &c. quæ contrariantur saltem secundum qualitates, & corruptio est inter contraria, ut patet primo de generatione. Item mũdus aut est genitus aut semper fuit per sufficientem diuisionẽ: T.c. 51. sed quod mundus non fuit semper probatur tripliciter: quia si semper fuit. tunc sunt infinita pertransita: sed hoc est impossibile. ut patet sexto physico. non contingit infinita pertransiri T.c. 39.

A transiri nec esse pertransita. consequentia patet: quia infini-
tæ reuolutiones circulares precesserunt: sed semper fiunt,
& illæ iam sunt pertransitæ. Item infinitum esset maius
infinito sed consequens est falsum est ex tertio phy. quia infi
T.c.35. Vig. 18. nitum non est, & deficiente positiuo deficit comparatiuus.
cõsequẽtia patet: reuolutiones lunæ plures sunt q̃ solis: quia
luna perficit reuolutionem suam in mense ueniendo ab uno
puncto in idem: sed sol in anno tantum perficit reuolutionem
suam. modo plures sunt menses quàm anni & reuolutiones
solis sunt infinitæ & minus: quia duodecies infinities plus.

Itẽ si semper fuit mundus, tunc infinitum est in actu: sed
T.c.36. & infra. hoc est impossibile: ut patet. 3. phy. quia infiniti homines pre
cesserunt, si mundus semper fuit: & quilibet homo habet su
um intellectum: cum intellectus sit forma substantialis corpo
T.c.21. ris: intellectus est incorruptibilis: ut patet. 2. de anima. sepa
B ratur enim hoc ab hot tanq̃ perpetuum a corruptibili: infini
ti ergo sic sunt in actu intellectus, quia remanserunt infiniti
intellectus hominum.

T.c.101. Oppositum uult Arist. in littera q. mundus non est geni-
tus nec corruptibilis: & idem dicit Commentator.

AD QVAESTIONEM Dicet
Arist. quòd mundus non est genitus secundum totum, cuius
ratio est, quia si mundus esset genitus secundum totum: tunc
corpora cœlestia essent genita, sed hoc est falsum: ut patet
T.c.23. primo huius: quia quicquid est genitum, generatur a contra
rijs: sed cœlum non habet contrarium: ut probauit prius: cõ
sequentia probatur: quia postq̃ totus mundus corporeus eẽt
genitus, & cœlum, quod est pars mũdi: immo est gloriosior
pars inquantum plus distat à situ inferiorum. ergo & toto
genito & pars generatur. Item si mundus esset genitus:
uel hoc esset ex aliquo uel ex nihilo, per sufficientem diuisio
nem: sed non potest esse genitus ex nihilo, quia in hoc omnes
conueniunt: qui de natura loquuntur ex nihilo nihil fieri, q.
C oportet aliquid subijci ei, quod fit: unde etiam quod fit opor-
T.c.34. T.c.22. tet preexistere saltem in potentia. primo phy. & 7. met. nec
etiam potest esse genitus ex aliquo: quia si modo esset totus
genitus nihil esset ante eum. quoniam tunc aliquid esset pre-
ter mundum: quod falsum est. similiter probatur, q. non est
corruptibilis eodem modo secundum totum. & dico secundũ
totum. quia aliquæ partes generantur et corrumpuntur, ut
indiuidua, quæ sunt in spera actiuorum & passiuorum: &
habent materiam, quæ est principium generationis & cor-
ruptionis. unde mundus non recipit esse in aliquo principio
temporis, quod prius non fuit. Item si mundus esset ge-
nitus, tunc principium generans totum mundum precessit
uel natura uel duratione successiua. natura ut causa prece-
dit effectum, duratione secundum prius & posterius. per suf
ficientem diuisionem: sed primo generans mundum non pre-
cessit duratione successiua, quia tunc tempus precessisset:
quia non est alia duratio successiua q̃ tempus sed sic non pre
D cessit: quia tempus non est sine motu, & motus non est sine
mobili: & ita ista sunt de toto uniuerso corporeo. Nec etiam
natura precessit: quia ad hoc q. effectus sit nouus, non suffi-
cit q. causa sit prior natura, quia si homo esset ab æterno, tũc
etiam risibile esset ab æterno, & non esset de nouo causatum
ab homine, & tamen natura prior esset risibili: Sed non ob-
stantibus omnibus his mundus de nouo est productus: cũ pri
us omnino non esset. nõ tamen generatione uniuoca & pas-
sione: uel per aliquam transmutationem: sed per creationem E
quæ est generatio æquiuoca & simplex emanatio: & hoc
ipsi ignorauerunt: qui ex sensibilibus fidem receperunt de
omnibus. unde non potest demonstrari: quia super naturam
est: & est fides & ueritas: & debemus credere firmiter: q.
deus omnia ex nihilo creauit, sacris fidei doctoribus assen-
tiendo. Tunc respondendum ad rationes secundum fidem
q. nõ ẽ motus uniuocus, nec generatio ad productionem mũ
di: sed est productus sine motu ut per creationem & simpli
cem emanationem a summo creatore, qui est actionis exce-
ptæ. unde cum dicitur si hoc esset: tunc corpora cœlestia etc.
Dicendum. q. non sunt genita generatione uniuoca, quæ est
motus: sed per creationem ex nihilo. i. post nihil. non q. nihil
ingrediatur substantiam entium. Et cum dicitur in secundo
argumento, ex nihilo nihil fit, uerum est per se. sed per acci
dens bene causatur aliquid ex nihilo. Et si dicatur, omne per F
accidens reducitur ad per se. dicendum q. uerum est in par-
ticulari factione, quæ est per motum, sed in uniuersali nõ
bene, quæ est creatio. Vnde aliquid fit ex nihilo: ita q. præ-
positio ex. dicat circumstantiam ordinis. Et cum dicitur: q. in
hoc omnes conueniunt &c. Dicẽdum, q. uerum est, q. ex ni-
hilo non fiat aliquid tanquàm ab agente particulari: tamen
ab uniuersali agente ex nihilo bene fit aliquid ut a deo, qui
habet potentiam ad faciendum plus, quàm intellectus noster
possit ex sensibilibus concipere. Et si quæritur quare fecit
sic mundum ex nihilo. dicendum est, q. nihil quæris: quia pro
pter se fecit: quia deus est finis omnium. Ad tertium. si
mundus &c. dicendum, quòd deus fecit mundum, & tamen
non precessit duratione successiua: sed æternitate, quæ est
substantia sua. Et cum dicitur. ad nouitatem effectus hoc non
sufficit &c. Dicendum quòd uerum est in alijs agentibus a
deo. sed in deo sufficit qui causat aliquid de nouo, & præce- G
dit ipsũ sua natura & causalitate naturæ.

TVNC AD Rationes principales responde
ret Arist. illud, quod dependet ab alio &c. conceditur. Et cũ
dicitur mundus dependet &c. Arist. negaret, quòd ab agẽ-
te esset ut agens distinguitur contra finem: quia æterna non
dependent ab aliquo tanquàm a uero efficiente, quod distin-
guitur contra finem: ut dicit Cõmen. 4. huius, & 12. met. Com. 1.
Ad auctoritatem Commen. dicendum, quòd ipse accepit uir Com. 44.
tutem actiuam pro fine substantiæ: & non solum motus cœ-
li est propter aliud ut finem ut conseruãs: & hoc uult dice- Cap. 2. de substãtia orbis
re Commen. unde totum agens est totus finis. unde si intelli
geret, quòd cœlum dependeret ab agẽte uero quod distingui
tur contra finem: tunc contradiceret sibi: & ideo habet effi-
ciens. i. finem: quia deus est melior quàm cœlum, & melius
est finis minus bono. ex. 7. politice. unde etiam quando Com- Lec. 11. Cap. 2 de substãtia orbis.
men. dicit quòd finis significat efficiens significatione neces-
saria, intelligit quod efficiens non distinguitur contra finem:
quia est finis substantiæ mobilis. Ad secundam omne cor-
pus corruptibile &c. cõceditur. Et cũ dicitur. mũdus &c. H
dicendum, quod non nisi secundum partes, ut inferiora quæ
sunt generabilia & corruptibilia composita ex contrarijs:
& corpora cœlestia nõ: quia sunt incorruptibilia. Ad ter-
tium mundus aut est genitus &c. cõceditur. Et cum dicitur
si ingenitus, tunc infinita &c. negatur, quia infinita non es-
sent pertransita: quia pertransitus est ab extremo ad ex-
tremum: sed non est extrema reuolutio: quia non est ultima:

A tem excellentiæ &c. Textu. commenti. 116. Quæstio. XXXI.

Com. 20. CONSEQVENTER Quæritur Vtrum potentia rei materialis debeat esse determinata per excellentiam. Et arguitur q. non. Illud, per quod determinatur põa debet eẽ tale, q. si põa põt in ipsum potest
C. 116. & 117. & in alia. & hoc Arist. probat in littera. sed aliqua potentia est, quæ etsi possit in excellens & maximum non potest in minimum: ut si uisus potest uidere stadium, non oportet uidere minimum stadij.

T. c. 116. Oppositum uult Aristo. in littera. q. uirtus est excellentie & determinata ad excellentissimum. & hoc idem uult Commentator.

NOTANDVM Quòd potentia dicitur
B dupliciter. Vno modo est principium operationis. & illa est duplex secundum Auerro. quædam est actiua: et illa est principium transmutandi alterum secundum q. alterum, & passiua potentia est principium transmutandi ab altero secun-
T. c. 17. dum q. ab altero: ut patet. 5. met. unde etiam dicit Commen.
In. 3. de aia cõ. 4. in 3. q. potentia actiua mouet illud, cui attribuitur: sed potẽtia passiua est illud, per quod mouetur illud cui attribuitur. Potentia metaphorice: & secundum similitudinem ista inuenitur in diuinis: quia dicimus q. intelligentia potest esse intelligentia: & deus potest esse deus: & sic non accipitur potentia pro actiua uel passiua: sed accipitur pro non repugnãtia ut intelligentia potest esse intelligentia. i. intelligentia nõ repugnat esse intelligentia. Similiter etiam dicimus, q. nulla intelligentia liberata est à potentia. simpliciter. i. secundũ similitudinem. i secundum imperfectionẽ preter deum quoniam omnes aliæ substantiæ a deo habent aliquid diminutionis
Com. 5. & imperfectionis: ut uult. Commen. 3. de anima. Sciendũ
C q. tantum, cum quæritur utrum potentia rei naturalis sit secundum excellentiam, loquimur de potentia actiua uel passiua, quæ est principium operationis. Per hoc dicendum est ad quæstionem, q. potentia rei naturalis est excellentiæ: & debet determinari per excellentiam: quia si aliquis determinatur in potentia sua, debet hoc esse per excellentiam. i. per maximum & non minimum, ut si aliquis potest leuare. 100. libras. Ille potest leuare. 10. ergo determinatur per. 100. sic potentia determinatur per excellentiam, inquantum potest. Vnde etiam in antiqua translatione dicitur, q. uirtus est ultimum potentiæ: unde potest syllogizari sic. per illud determinatur potentia in quod si potest potest etiam in alia: sed si aliquis potest in excellentiam. i. maximum ille potest etiam in minimum. uel qui habet potentiam leuandi. libras, etiam habet potentiam leuandi. 50. libras. & non econuerso. Et cõfirmatur. potẽtia res debet esse determinata per illud quod est determinatum & unum, & non per illud quod est indeterminatum & multa, quia non notificatur aliquid nisi per
D finitum: quia per infinitum nihil notificatur, sed maximum,
T. c. 26. & excedens est determinatum & unum ut quod potentiam habet leuandi. 100. libras. hoc est determinatum et unũ: quia non potest in plura q̃ in unum istud. sed quæ sunt sub eo sunt indeterminata & multa: ut. 70. & . 60. &c. Sciendum, cum quædam sit potentia actiua, quædam passiua, non æqualiter determinantur per excellentiam eandem: quia potentia actiua determinatur per excellentiam, quæ est in re extrinseca & obiecto uirtutis realis, ut dictum est de potentia leuandi. 100. libras. sed potẽtia passiua determinatur per excellentiam, quæ est in uirtute met: & non in extrinseco: ut potentia uisiua per actum excellentissimum determinatur, qui est respectu minimi uisibilis. unde si potest pati ab illo minimo & à maximo & non econuerso. Notandum tamen q. de numero potentiarum passiuarum quædam est organica ut uisiua auditiua: & de ista habet ueritatem, quod determinatur per excellentiam, quæ est in potentia, & per actum respectu minimi obiecti quod potest per se existere. Alia est potentia non organica: ut intellectiua, & de illa non est ita, q. determinatur per actiuum minimi intelligibilis: quia non sequitur: quod potest intelligere minus, potest intelligere maius: sed si maiora potest intelligere & minora. sicut patet tertio de anima. T. c. 7.

ADRATIONEM In contrarium. il-
F lud, per quod potentia &c. conceditur. Et cum dicitur. aliqua potentia &c. uerum est per minimum, quod est intelligere extra tamen per excellẽtiam quæ est in uirtute uisiua: quia ille actus est maximus respectu minimi illius rei uisibilis, & hoc est excellentissimum in illis. ideo non ualet.

¶ Et utiq; siquidem impossibile tantum secundum excellentiam dicentibus & plura impossibile: puta non potens mille ire stadia: manifestum quia mille & unum. Tex. com. 116. Quæstio. XXXII.

CONSEQVENTER quæritur. Vtrum impotentia uel non potentia sit determinata
G per minimum in quod non potest. Arguitur q. non. quia si esset minimum in quod non posset potentia: tunc continuo esset compositum ex indiuisibilibus: quod est falsum. ut patet sexto physicorum. & in libro de lineis indiuisibilis. cõ- T. c. 2.
sequentia probatur: quia si minimum est in quod non potest accipiatur in exemplo: quia minimum in quod non potest potentia, quæ leuat. 100. libras, sit primum illud minimum super. 100. uel illud est æquale. 100. uel maius uel minus. non potest esse æquale cum. 100. quia qua ratione uirtus illa posset in. 100. & in illud minimum, cum sit æquale. nec potest esse minus: quia quod potest in maius: potest etiam in minus ergo relinquitur q. sit maius: modo tunc illud minimum uel excedit. 100. in indiuisibili uel in diuisibili. non potest in indiuisibili dici: quia nihil excedit alterum in aliquo nisi sit compositum ex illo: quod est falsum. quia indiuisibile additum alicui non facit ipsum aliud excedere quantitate, quia indiuisibile nihil auget. ergo in diuisibili excedit illud: tunc in diuidatur: & remota parte ab eo, uel potest in residuum uel nõ. H
Si potest in residuum: tunc id non fuit maximum. 100. in qđ non potuit: quia illud est minus eo.

Oppositum attribuitur Aristote. in littera. unde dicunt T. c. 2.
expositores: q. sicut potentia naturalis determinatur ad maximum, sic impotentia determinatur ad minimum.

VNDE SCIENDVM q. aliqui di-

A ergo in eodem instanti est, & non est. Et confirmatur. si aliquod sempiternum est corruptibile: tunc sequitur, q. potētia ad esse & non esse, non distinguitur in tempore, sed hoc est inconueniens, quia in omni, quod potest esse & non esse, tempus potentiæ ad esse, & non esse distinguuntur in tempore, consequentia patet quia quod semper est ponitur in tempore infinito semper esse & incorruptibile, & quia corruptibile & in eodem potest non esse: quia extra tempus infinitum nō est tempus. Sed si dicatur. aliquid est corruptibile de natura sui, & perpetuatur ab alio: de hoc fiet quæstio spetialis. Vtrum illud, quod est corruptibile de sui natura, pōt perpetuari ab alio, quod est extrinsecum sibi. infra. q. 35.

Et notandum, q. per eandem rationem potest probari ex principijs Aristo. secundum naturam, q. impossibile ē q. semper non ens sit generabile, quia nunq̄ ens si esset generabile tunc idem esset simul & non esset: sed illud est impossibile,
B ergo &c. minor patet, maior autem probatur nam si semper non ens esset generabile esset possibile esse, ponatur ergo in esse q. sit, nam in omnibus & in substantijs & in accidētibus possibile potest poni in esse & ex eius positione, non debet sequi aliquod impossibile habebit itaq; esse ea ratione qua generabile est, habebit etiam non esse quatenus est semper non ens quare nō est dicendum fieri posse, ut semper non ens sit generabile unde ex eisdem principijs: sicut nullum sempiternum. est corruptibile, sic nullum semper non ens potest esse generabile. Et confirmatur. semper ens, & non ens opponuntur sicut omnis & nullus: modo impossibile & necessarium sunt opposita: ex secundo perihermenias. at si oppositum in opposito & propositum in proposito. illa regula non fallit in prædicatis per se. modo omne semper ens necessariū est esse ex prædictis. ergo semper non ens impossibile est: unde locus. si oppositum in opposito etc. mō si semper nō ens esset generabile, tunc non esset impossibile non esse, ergo sem-
C per non erit & etiam erit. Notandū quòd aliqui dicunt, q. dicere semper non ens aliquod esse generabile potest teneri: & semper ens corrumpi potest teneri, etiam contradictio quia potest esse aliquid & non esse simul in eodem instanti tēporis: sed non naturæ, sed hoc non ualet, quia si aliquid potest esse & non esse in eodem instanti temporis: tunc posset esse & non esse in eodem instanti naturæ quia oportet illud instans naturæ esse indiuisibile: quoniā si esset diuisibile: tunc melius posset esse in illo q̄ in instanti temporis: quia magis diuisibile est. ergo est indiuisibile. uel est substantia uel accidēs uel nihil. non potest esse nihil: tunc ex nihilo aliquid esset & non esset: quod est impossibile. Si substantia indiuisibilis: tunc aliquid habet esse & non esse in intelligētia indiuisibili: quia intelligentia est substantia indiuisibilis: quod est impossibile. Si est accidens indiuisibile uel reducitur ad continuum uel discretum. Si continuum uel est permanens uel successiuum. Si permanens tunc est punctum: tunc: aliquid habet esse &
D non esse in puncto indiuisibili. Si est successiuum tunc est instans temporis: & tunc redibit idem q. in eodem instanti temporis habet esse & non esse: habet hanc propositiōem doctor infra. q. sequenti. 13. quæ sunt simul tempore & non sunt, causa & causatum, etiam sunt simul natura: quia indiuisibile non est successiuum nisi instans temporis. non potest autem dici q. sit indiuisibile accidens quod reducitur ad discretum: quia tunc esset unitas: & aliquid in unitate indiuisibili esset & non esset. Sed aliquis posset dicere q. illud indiuisibile E
& instans naturæ non est positiuum aliquod naturæ sed est negatio sed tunc oportet dici q. sit negatio prioris & posterioris in causa: quia bene dicimus q. homo & risibile sunt in eodem tempore: sed non sunt simul natura: quia unū est causa alterius: ut homo est causa risibilis quia prius est natura tā q̄ causa: & tamen non est prius tempore. cum ergo aliquid sit prius & posterius secundum naturam: tunc hoc est positiuum. ergo indiuisibile est secundum naturam: & si sit negatio oportet q. sit negatio prioris & posterioris in causa: & sic secundum carentiam esse prioris & posterioris: tūc in eodem tempore simul contradictoria uera essent quia tunc esse & non esse simul in eodem instanti naturæ sunt secundū carentiam causæ prioris & posterioris: quia neutrum est causa alterius: ut non esse non est causa esse nec econuerso. et sic sunt in eodem instanti naturæ. Sed istud non preiudicat di-
F uinæ potentiæ, & fidei: quia ueritas est, q. deus potest aliquid, quod nunq̄ erit, facere generabile, & sempiternū corruptibile, sed hoc est super naturam: quia ex sensibilibus nō potest demonstrari: quod si demonstrari posset: tunc non haberemus meritum credendo. unde diuina potentia plus facit q̄ intellectus nuq̄ potest concipere. Et tunc ad rationes Ari. probantes, q. idem esset & non esset Dicendum q. sequitur secundum naturam: sed deus potest facere hoc absq; contradictione sed in hac uita ignoramus quomodo euitaretur illud impossibile.

PER HOC Ad rationes responderet Arist. Ad primam. omne, quod habet contrarium &c. conceditur ut sic. Et cum dicitur. sempiternum aliquod &c. dicendum, q. non est uerum: quia motus cœli secundum totum est sempiternus: & sic non opponitur sibi quies: quia sic non incepit nec desinet: sed secūdum partem incepit & desinet: quia una
G reuolutio particulariter succedit alteri: & sic quies opponitur ei: quia quies, quæ nunc est respectu crastinæ reuolutionis opponitur crastinæ reuolutioni, sed secus est de substantiā quæ non habet oppositam quietem: quia una pars non succedit alteri: ergo sempiterna substantia nec secundum totum nec secundum partem habet quietem contrariam: & ita debet intelligi dictum Commen. Ad secundum: cum dicitur 12. met. Com. 41.
quod habet materiam &c. conceditur. Et cum dicitur. aliquid ut cœlum etc. dicendum q. non habet materiam quæ sit in potentia ad esse & ad non esse. & cum dicitur de spetie humana etc. dicendum q. habet materiam in indiuiduis in potentia ad esse & non esse. & sic corrūpitur in indiuiduis. Et cum dicitur species est perpetua uerum est: quia totum non corrumpitur & simul quo ad omnia indiuidua: quia semper manent: sed indiuiduum corrumpitur: quia non semper manet sicut species sed corrumpitur secundum partes successiue. Ad tertium omne genitum &c. conceditur. cum dicitur: aliquod sempiternum &c: negatur accipiendo genitū
quod est & prius non fuit: quia tunc simul esset ens & non H
esset. ad probationem. omne quod dependet &c. uerum est si dependet ab agente ut distinguitur contra finem. & cum dicitur. cælum &c. dicendum q. non dependet ab agente ut distinguitur contra finem: sed accipit ibi agens pro fine substantiæ. & dixit hoc: ut distingueret etiam inter motum cæli & substantiam: q. non solum motus dependet a uirtute mouente: sed etiam substantia cæli dependet a uirtute actiuā:

I idest sine conseruante suum esse et non solum motus. unde di-
it, q. totum mouens est totum agens quantum ad finem sub-
stantiæ. Vnde non uult dicere q. dependet a uirtute ab
Cõmẽ.1. us tanq̃ uero agente: quia dicit quarto huius. q. cælum de
quatuor causis habet duas ut formã et finem: quia non habet
Cõ.44. proprium efficiens & materiam. unde dicit in. 12. q. in cor-
poribus cælestibus non est consecutio causæ ad causatum pro
prie ut efficiens: sed est consecutio prouentus ad finem: quia
agens uerum apud Arist. non extrahit nisi illud quod est in
potentia ad actum &c. negant Auer. & phylosophus agen
tem per transmutationem. Non autem per emanationem &
methaphysicam productionem.

Corrumpitur igitur quandoque corruptibile: & si generabile est factum esse possibile
K enim est factum esse: & non semper quidem esse. Textu. comment. 133.

Quæstio. XXXIIII.



CONSEQVENTER Quæritur. Utrũ oẽ generabile ex necessitate generetur? Arguitur q. non. quia si omne generabile ex necessitate generetur: tunc omnia futura de necessitate euenirẽt, quæ sunt futura: sed hoc est falsum. & contra Arist. primo
T.cõ.5. periherme. & sexto metaphysi. q. non omnia de necessitate eueniunt quæ futura sunt: quia tunc non oporteret consiliari,
& negociari. consequentia est manifesta: quia postq̃ omne
L generabile de necessitate generabitur: tunc omne futurum de necessitate eueniet: quia generabile de necessitate generari, nihil aliud est q̃ futurum ex necessitate euenire.

OPPOSITVM Arguitur: sicut se habet corruptibile ad corruptionem, sic generabile ad generationem: sed omne corruptibile ex necessitate corrumpitur. quare &c. maior patet per conuenientem similitudinem. minor
T.c.121. patet ex prædictis secundum Aristo. quia nullum sempiternum est corruptibile: & nullum corruptibile est sempiternum: quia negatiua conuertitur: & ex hoc sequitur corruptibile necessario corrumpi.

DICENDVM Est ad quæstionem secundũ principia Aristo. quæ si tenent: tunc uidetur ex intentione eius oẽ q. generabile ex necessitate generabitur. & hoc siue sit substantia simplex siue composita: uel accidens reale, uel intentionale: quod apparet per eandem rationẽ, per quã probauit nullum sempiternum esse corruptibile: quia ratio illa habet eandem uirtutem quantum ad utrunque. id impossi-
M bile est corrumpi quod si poneretur corrũpi sequeretur impossibile: quia posito possibili in esse nullum sequitur impossibile: licet possit sequi falsum: sed si sempiternum esset corruptum sequeretur impossibile. s. q. idem simul esset & non esset componendo simul esse cum esse & non esse: sed hoc est contra primam dignitatem. non contingit idem simul esse & non esse. Quòd autem sequeretur patet: quia signa instans in quo sit in quo non est corruptum, quia semper habet esse &
in illo eodem instanti nõ est, quia positum est esse corruptum N
si fuisset possibile corrũpi, & ex hoc sequitur conuersa eius quia nullum corruptibile sempiternum est. ex his sequitur q. omne corruptibile de necessitate corrumpitur: & si ista ratio est demonstratiua: tunc per eandem rationem deducetur q. omne generabile de necessitate generabitur. illud est impossibile quo posito in esse sequitur impossibile: & hæc maior probata est prius: sed si semper non ens esset generabile: tunc idem simul esset & non esset: sed hoc est impossibile ut prius probatum est. consequentia patet: quia signa instans in quo generabitur: & in illo habet esse: quia in illo instanti generabile est in quo generatum est: sed ponitur semper nõ eẽ unde tunc si nullum semper non ens est generabile nullũ generabile est semper non ens, negatiua enim uniuersalis conuertitur & ex his sequeretur omne generabile de necessitate generabitur. Item semper ens & semper non ens sunt O
oppositæ sicut impossibile & necessarium. Ex hoc sic. omne semper ens est necessarium esse. ergo omne semper non ens est impossibile. antecedẽs patet quia illa cõuertuntur. consequentia patet. si oppositum in in opposito & propositum in proposito: sed semper ens & semper non ens opponuntur ex una parte sicut necessarium & impossibile ex alia parte. modo quod impossibile est non est generabile. ergo q. nunq̃ est non est generabile. modo conuertitur in istam nullum generabile semper non est: & ex his sequitur ista. omne generabile de necessitate habebit esse & non potest habere esse nisi per generationem. ergo omne generabile de necessitate generabitur. Contra hoc arguitur. si omne generabile de necessitate generabitur: tunc tollitur contingẽs ad utrumlibet modo de ratione contingentis ad utrumlibet est, q. possit esse & non esse: & quod potest non esse non est necessarium esse. ergo tollitur contingens ad utrumlibet. Similiter tolli-
P tur libertas arbitrij: quia de ratione arbitrij liberi est q. possit uelle quod potest nunq̃ uelle & possit facere quod potest nunq̃ facere; quia ad hoc q. homo habeat libertatem arbitrij requiritur, q. possit uelle & q. id possit nũq̃ uelle, & q. possit facere, & q. id possit nunq̃ facere sed si omne generabile de necessitate generetur: tunc actus uoluntatis determinatur necessario ad eligere uel facere quod nunq̃ posset non eligere uel non facere. & per hoc tollitur pena malorum et premiũ bonorum. quia ex his, quæ de necessitate insunt nõ cõtingit uituperari uel puniri uel præmiari aliquem uel laudari. modo omnes actus humani ex necessitate euenient. & hoc est contra omnes leges quæ dicunt, q. aliqui sint laudandi & aliqui uituperandi, & aliqui puniendi, & aliqui præmiandi. Item ponatur q. iste homo moriatur antequàm cogitauerit triangulũ habere. 3. & tamẽ possibile erat ante mortem ipsum cogitare. tunc quæritur. utrum ante mortem habuerit potentiam uel non. Si habuerit potentiam cogitan-
di tunc ille actus cogitandi fuisset in eo generabilis & nun-
Q quàm genitus quia mortuus est. Si dicis q. non habuerit potentiam cogitandi hoc falsum est: quia potentia cogitatiua sequitur formam humanam: & ipse habuit naturam humanam. ergo habuit potentiam cogitandi: & actus cogitãdi potuit generari in eo: & tamen nunquã genitus fuit. Itẽ si ita esset, tunc nihil esset frustra: sed frustra est, quod ordinatum est ad acquirendum aliquem finem, quem non acquirit: sed si omne generabile de necessitate generabitur: tũc omne

natum

A natum attingere aliquē finē de necessitate attinget ipsum: et ita hæc est difficultas. quia ex una parte est cōtra primam dignitatem. ex alia parte sequuntur multa inconuenientia. Si quis uult tenere principia Arist. tunc sicut nullum æternum est corruptibile, sic nullum semper non ens est generabile. et per consequens nullum generabile est sempiternum. & per consequens. omne generabile de necessitate generabitur.

Ad primum cum dicitur si ita esset &c. dicendum quòd non tollitur contingens ad utrumlibet. Et cum dicitur de ratione contingentis est &c. dicendum q̄ de ratione contingētis ad utrumlibet est q̄ in aliquo tempore possit esse et in aliquo tempore possit non esse & non est de ratione eius q̄ nunq̄ sit: unde si Sor. currat cras, ante currere potest in aliquo tempore currere, & in aliquo tempore non currere & non potest nunq̄ non currere. unde postq̄ potest currere non pōt nunq̄ currere. & hoc sufficit ad contingēs. B Ad aliud tunc tolleretur liberum arbitrium dicendum, q̄ nō sequitur: quia liberū arbitrium est quod est gratia sui. ut patet in prohemio metaphy. ergo liberum habet illud, quod est gratia sui licet ex necessitate agat. unde hoc non tollit libertatem: sed si ageret gratia alterius. Et cum dicitur. q̄ aliquis potest eligere &c. dicendum q̄ non sequitur quia eligit ꝓpter intrinsecum quod potest eligere hoc, quod non aliud: & hoc est de natura sui. nam deus habet maiorem libertatē & mouet uniuersum & non potest non mouere secundum Aristo. quia de necessitate mouet: & sic homo potest eligere & non potest nunq̄ id eligere: quia homo gratia sui eligit, & est de ratione libertatis, q̄ nō eligat gratia extrinseci. & in hoc differt liber à seruo: quia liber non uult eligere propter extrinsecū aliud sed gratia sui. sed seruus eligit propter aliud ut ꝓpter dominum: & hoc est ratione libertatis q̄ eligat gratia sui: et non propter aliud & nō potest hoc nunq̄ eligere. C Ad tertium cum dicitur. tunc tolleretur punitio &c. dicendum, q̄ nō sequitur: quia deus honoratur ex necessitate naturæ suæ quia est bonus. unde ad hoc q̄ aliquis laudetur: non oportet q̄ illud quod potest facere possit nunq̄ facere: quia hoc non est de ratione honoris & laudis: sed sufficit q̄ in se sit bonum ad hoc q̄ laudetur. & cum dicitur quæ ex necessitate insūt &c. dicendum q̄ uerum est, si insunt ex necessitate uiolentiæ. ut si aliquis traheret per crines aliquem, & faciat malum non est uituperabilis actus, sed ex illis quæ insunt ex necessitate naturæ: quod impossibile ē aliter se habere, contingit laudari: si sit bonū in se: & si sit malū in natura sua uituperari. & similiter de pena & punitiōe. Ad quartum cum dicitur ponatur q̄ iste homo moriatur &c. tu queris an &c. dicendum, q̄ in toto tempore præcedenti non potuit cogitare ex necessitate: quia si aliquis in tota uita sua non uidet impossibile est ipsum uidere. Et cum dicitur. potentia cogitatiua &c. uerum est eorum quæ cogitabuntur: sed eorū quæ non cogitabuntur impossibile est: quia potentia non est D realis respectu illorum quæ non cogitabuntur, unde est figmentum. quia implicat contradictionem, q̄ nunq̄ cogitabit, et quod potentiam habeat cogitandi, quia tunc cogitat simul & non cogitat. Ad quintum dicendum. si omne generabile &c. dicendum, q̄ nihil est frustra, quia est dignitas in natura perpetuo nihil est frustra: quia quod possibile est attingere finem, necessario attinget eum. Sed diceres. iste pōt esse papa ante mortem, sed non erit. dicendū si non sit papa ante mortem, nunq̄ habuit potentiam. Dicendum tamen secūdum E fidem & ueritatem, q̄ aliquod est generabile quod nūquàm generabitur aliquis potest uelle quod potest nunquam uelle: & potest facere, quod potest nunquàm facere, & hoc est credendum: licet Aristo. non potuerit cōcipere, quia ex sensibilibus non potuit demonstrare: sed principium nostrū: quia est super naturam & in potentia dei, qui omnia potest: & ex hoc credendo habemus meritum, quia secundum Aug. ibi cessat meritum, ubi ratio humana prebet experimentum. unde in materia prima est aliquid generabile, quod nunquàm generabitur.

AD ARGVMTNTVM Cum dicitur. sicut se habet &c. conceditur. Et cum dicitur, quod ē corruptibile &c. dicendum q̄ non sequitur impossibile, & cum dicitur q̄ idem esset in eodem &c. dicendum q̄ non est in eodem instāti temporis. Et cum dicitur. q̄ hæc est prima dignitas, dicendum, q̄ non contingit esse, & non esse, non est F prima dignitas, sed illud, q̄ non est idem esse, non esse simul: est prima dignitas. Sed hæc solutio non placet alijs. nam ista propositio. non contingit idem esse, & non esse. est contingens, uel necessaria: sed non potest esse contingens: quia tūc prima dignitas eēt cōtingēs: qđ ē falsū: q̄a demōstratio ē ex necessarijs primo posteriorum. ergo est necessaria. nō cōtingit idem esse & non esse simul. ergo sua opposita est impossibilis: contingit idem esse, & non esse. Vnde dicendum est aliter secundum aliquos, q̄ idem contingit simul esse & non esse in eodem instanti temporis, sed non naturæ. sed hoc non ualet, quia illa sunt simul natura & non solum tempore, quæ simul sunt tempore & unum non est causa alterius. ut patet ex prædicta quæstione præcedenti & per oppositum prius natura est quod est simul in tempore cum alio: et tamen unum est causa alterius ut homo est causa risibilis, ut patet ex prædictis. & 5. metaphy. ergo illa dicuntur esse simul in G T.c.16. eodem instanti naturæ: quæ sunt in eodem tempore & unum non est causa alterius, & per oppositum prius natura. unde simul in eodem instanti naturæ dicit priuationem causæ: Et si dices unde habebis hoc. dicendū ex secundo de anima. cap. T.c.115. de tangibili: quia differentia est inter tangibilia & alia sensibilia, quia tangibile simul immutat medium & tactum. modo certum est, q̄ non dicit simul tantum simultatem tēporis: sed etiam simultatem naturæ: quia uisibile etiam simul tempore immutat medium & uisum cum in instanti fiat. ergo oportet q̄ simul dicat simultatem naturæ idest simul natura id, est q̄ neutrum sit causa alterius: ut medium non est causa immutationis tactus. ergo uidetur, q̄ simul in eodē instanti, dicat priuationem prioris, & posterioris, in causa: sed esse, & non esse, habent se sic, q̄ unum non habet causalitatem super aliud, quia non esse, non est causa esse: nec econuerso ergo si contingit idem esse, & non esse, in eodem instanti temporis tunc ēt habet ueritatem, quod in eodē instanti naturæ. Sed qui tenet H aliam uiam respondet ad rationem. Si omne generabile &c. tunc omnia futura &c. dicendum q̄ duplex est necessitas. s. intercisa & continua: & intercisa est duplex quædam ē determinata quo ad nos & naturam, ut eclypsis solis. Sed alia est determinata quo ad naturam, indeterminata quo ad nos. modo omnia futura non eueniunt, ex necessitate continua: sed intercisa necessitate, quæ determinata est in natura: non tamen quo ad nos: & sic non ualet.

I ℂ *Si autem non consequuntur adinuicem incorruptibile & ingenitum: necesse neque ingenitum: neque incorruptibile sempiternum esse. Textu. commenti. 126.*

Quæstio. XXXV.



ONSEQVENTER Quæritur. Vtrum aliquod corruptibile de sui natura possit pperpetuari ab extrinseco. Et arguitur q; sic. agens omnipotens potest perpetuare illud quod est de se corruptibile: quia potest omnia facere aliter non esset omnipotens: sed aliquod est agens omnipotens extrinsecum secundum q; omnes leges dicunt. ideo &c.

K Ca. 42. Itẽ motus cœli est per se corruptibilis: quia dicit Commenta. 12. met. q; motus cœli de se possibilis est esse, & nõ esse: sed motus cœli perpetuatur ab alio. ut dicit Commentator ibidem.

Item quælibet speties materialis est corruptibilis: quia habet materiam quæ est principium generationis et corruptionis: etiam quod est idem essentialiter cum corruptibili est corruptibile, sed speties est eadem cum indiuiduis quæ corruptibilia sunt: ut homo idem est cum hoc homine, sed speties materialis perpetuatur. aliter enim totum uniuersum, non esset perfectum nisi haberet omnes suas speties.

2. T. c. 128 usq; in finem. OPPOSITVM Vult Commen. in isto primo: quia uult q; non sit aliquod corruptibile quod possit perpetuari ab alio: quia quod est corruptibile per se non perpetuatur ab alio. ergo corruptibile non perpetuatur ab alio: et potest formari ratio. nullum perpetuum ẽ corruptibile quod perpetuatur ab alio est perpetuum. ideo &c. maior patet ex

L dictis: quia nullum semper ens est corruptibile: modo si nullũ perpetuum ab alio est corruptibile: tunc nullum corruptibile perpetuatur ab alio: qa uniuersalis negatiua conuertitur.

T. c. 128. VNDE Dicendum secundum principia Arist. et Commen. q; corruptibile dicitur habere potẽtiam ad non eẽ: modo aliquid dicitur habere potentiam ad corruptionem & non esse dupliciter. Vno modo quod potest totum simul corrumpi ut hic homo. Alio modo quod non potest simul corrũpi totum: sed una pars eius successiue post aliam ut posteriori parte adueniente præcedens corrumpatur. Vlterius notandum q; aliquid perpetuari ab alio potest intelligi duobus

M modis. Vno modo secundum idem sui, ut quod remaneat secũdum eandem formam in numero. Alio modo non secundum idem sui: sed secundũ aliam, & aliam partẽ sui.

2. T. c. 128 in finem. Tunc secundum Aristo. dicendum est ad quæstionem quod est corruptibile primo modo non perpetuatur ab alio: sed quod ẽ corruptibile secundo modo bene perpetuatur alio. Ratio primi est. illud est impossibile esse, quod si poneretur esse, sequeretur impossibile: at posito q; corruptibile de sui natura, perpetuaretur ab alio. tunc sequeretur impossibile, scilicet q; simul esset, & non esset, nam quod perpetuatur ab alio ponitur esse: sed non est: quia ponitur corruptibile, quod potest poni esse corruptum quare impossibile est de se corruptibile ab alio perpetuari. Item secundo. possibile, et impossibile opposita, sic se habent, q; possibile ab intrinseco est possibile ab extrinseco, & impossibile ex se est impossibile extrinsece modo si aliquod esset corruptibile ex se possibile esset ex se non esse, q; si idem ab alio perpetuaretur esset etiã impossibile non esse extrinsece ergo idẽ esset possibile non esse intrinsece & impossibile non esse extrinsece. N

Itẽ si aliquod est corruptibile ex se, & perpetuatur ab alio: tunc potentia illa ad corruptionem in toto tempore esset ociosa: sed hoc est falsum, quia licet in natura ad tempus determinatum sit ociosum: non tamen est ociosum æternaliter, quia tunc illa potẽtia, esset frustra. consequentia patet: quia hic homo habet potentiam ad non esse, & perpetuatur, & sic habet esse æternaliter, & nunquàm non esse. ergo potentia, ad non esse, est frustra.

Ratio secundi. quia motus cœli est perpetuus ab extrinseco & est corruptibilis secundo modo, quia eius partes successiue corrumpuntur: non q; totus simul corrumpatur, quia non est timendum, q; cœlum stet: sed secundo modo est corruptibilis. quia habet contrarium ut quietem & perpetuatur ab alio non secundum idem sui: sicut cœlum manet O idem secundum sui substantiam.

Sed hic est dubium: quia sicut se habet generabile ad semper non ens, sic corruptibile ad semper ens, sed generabile aliquod potest esse semper nõ ens, ergo corruptibile semper erit ens non ex se, sed ab alio q; autem generabile aliquod possit esse semper non ens, inde patet quia omnes leges conueniunt in hoc, q; non omnia eueniunt ex necessitate: quia si sic. tunc non oporteret consiliari & negociari: quod est contra bonos mores & omnes leges.

Ad istam rationem dictum est prius. cum dicitur. sicut &c. conceditur. Et cum dicitur &c. dicendum q; secundum Arist. est impossibile. & cum dicis. ergo omnia eueniunt ex necessitate: dicendum q; duplex est necessitas, una. Continua secundum q; aliquid in quolibet tempore est ut deus, Alia intercisa secundum q; aliquid esse habet in determinata parte temporis quo ad nos: & quo ad naturam: ut eclypsis solis & lunæ habent esse in determinata parte temporis P & non esse in determinata parte: & intellectui humano notum: quia bonus astronomus bene scit distantiam eius à præsenti nunc, & etiam determinata quo ad naturã. sed alia est necessitas intercisa determinata quo ad naturam, & nõ quo ad nos, cuius distantia non est mensurata & nota a nobis à præsenti nunc, ut ire cras ad ecclesiam: & illa est cõtingẽs ad utrumlibet.

Vnde quando dicitur, q; tunc omnia ex necessitate euenirent. dicendum, q; non necessitate continua: nec etiam determinata quo ad nos & quo ad naturam: quia illa distantia à presenti nunc non est mensurata quo ad nos, sed bene est determinata quo ad naturam. & cum dicitur. q; tunc non oportet consiliari etc. dicendum, q; de necessitate, quæ est in futurum, oportet consiliari: quia consilium est de numero possibiliũ & ipsa prosilit super omnes res necessarias. unde necessitas includit consilia: sicut si omnis homo est animal, oportet q; sor. sit animal: quia est homo, unde bene cõcluditur, q; non est de necessitate cõtinua nec intercisa quæ est determinata quo ad nos & naturam quia non cõsiliamur Q de eclypsi solis & lunæ: sed oportet consiliari quo ad necessaria, quo ad nos indeterminata tamen, quo ad naturam autẽ determinata. unde consilia non sunt frustra: quia frustra est quod ordinatur in finem, quem non attingit: sed illa consilia attingunt finem, sicut solem oriri cras non est frustra potẽtia: quia orietur. unde cõsiliatio nõ ordinatur ad hoc, q; nunquam possit esse sed ordinatur ad aliquod futurum agendum, quod

est

A *est indeterminatum quo ad nos, neq; est frustra per hoc q. nõ possit non agere. Tenendo principia ueritatis & fidei dicendũ, q. aliquod corruptibile de se potest perpetuari ab alio ut à deo, & hoc non potest conuinci ex sensatis: ideo Arist. hoc non potuit capere: quia tantum fidem habuit de illis, quæ possunt conuinci ex sensatis: & similiter Commenta. Ad argumentum in contrarium, cum dicitur. illud est impossibile esse &c. conceditur. Et cum dicitur &c. dicendum, q. nõ sequitur impossibile, quia deus potest facere hoc sine consecutione impossibilis, sicut fecit tempus, & potentiam: & ita potest retrahere eam.*

AD Rationes in contrarium ad primam diceret Aristo. q. deus est omnipotens respectu possibiliũ, sed non habet potentiam ad impossibilia, sed illud impossibile est secundum eum. Ad secundum. cum dicitur. motus &c. dicendum, q.
B *motus cœli est corruptibilis successiue, & non totus simul sed quo ad partes, & cum dicitur. perpetuatur ab alio. dicendum quod non perpetuatur secundum idem sui: sed secundum diuersa sui, ut dictum est. Ad tertiã species materialis &c. dicendum q. species materialis non est corruptibilis simul secundum omnes partes sui, & quantũ ad omnia supposita simul: sed successiue sic perpetuatur.*

¶ Quod autem necesse consequi ex his: manifestum. Genitum enim & corruptibile cõsequuntur adinuicem. Tex. com. 127.

Quæstio. XXXVI.

C CONSEQVENTER *quæritur. Vtrum omne genitum sit corruptibile. Arguitur q. non, quia si omne genitum esset corruptibile, tũc contingeret aliquod corruptum idem in numero regenerari*
T.c.70. *sed hoc est falsum naturaliter, quia dicit Aristo. secundo de generatione q. quorum substantia deperit, non eadem in numero redeunt: quinto physicorum etiam idem habetur. T.c. 36. consequentia autem satis patet supponendo unum: q. priuatio alicuius formæ non corrumpitur, nisi generetur forma cuius est priuatio. ergo si ille homo corrumpitur: tunc priuatio formæ est generata, modo si tunc omne genitum est corruptibile: & tunc priuatio formæ præcedentis corrumpetur, & oportet q. eadem forma præcedens in numero regeneretur, quia priuatio formæ in numero non corrumpitur nisi per aduentum illius formæ in numero, & illa est corrupta, ergo regenerantur eadem in numero.*

T.c.111. & .112. *Oppositum uult Aristo. in littera. ex intẽtione enim probat, quod omne generabile est corruptibile: quia ista duo conuertuntur.*

D DICENDVM *Ad quæstionem, q. omne genitum est corruptibile, quia quod habet materiam est corruptibile. quia materia est principium quo res potest esse &*
T.c.22. *non esse septimo meta. sed omne genitum habet materiam: quia aliquid generatur ex subiecto. quia ex nihilo nihil fit. primo*
T.c.34. *physi. & illud subiectum est materia. unde si est genitum quo ad esse substantiale habet materiam quæ est in potentia quo ad esse substantiale, et si est genitum quo ad esse accidentale: tunc habet materiam, quæ est potentia ad esse accidentale.* E *Item secundo, secundum Aristo. inter semper ens et* T.c.127. *semper non ens est medium, de quo uerificatur negatio utriusq;: ut non semper ens. & non semper non ens. sed hoc medium est genitum, quia aliquando est aliquando non est: & sic non semper est ens & non semper non ens.*

AD RATIONEM Si omne genitum &c. negatur consequentia, cum dicitur. priuatio &c. dicendum, q. priuatio non est genita: quia quando indiuiduum corrumpitur, tunc priuatio non generatur quia generatio est transmutatio ad esse: & ad formam dantem esse. sed priuatio non est ens nec forma dans esse, ergo non est genita. Sed contra hoc obijcitur. quod nunc est, & prius non erat entitate debita sibi, hoc genitum est: sed priuatio formæ corruptæ nunc est & prius non erat. quare &c. ergo si est genita corrumpitur: tunc non corrumpitur nisi adueniente forma eadem in numero corrupta. F *Dicẽdum, q. priuatio nõ est genita: quia non ens nõ generatur: & cum dicitur, quod nunc est & prius non &c. dicendum, quod uerum est si est entitate positiua: sed si est entitate priuatiua non oportet.*

Aliter. respondetur, cum dicitur si omne genitum est corruptibile tunc priuatio formæ præcedentis corrumpetur cõceditur. & cum dicitur, quod corrumpetur per regenerationem eiusdem præcedentis formæ in numero, cuius est priuatio dicendum, quod priuatio potest corrumpi non regeneratione formæ cuius est priuatio sed gratia corruptionis illius formæ, cum qua complicatur ipsa priuatio.

¶ Palam autem & hoc ex prioribus: semper enim entis & semper non entis: est intermedium id quod neutrum consequitur. G *Hoc autem est genitum, & corruptibile: possibile enim & esse: & non esse determinato tempore utrumq;. Dico autem utrumq;: & esse quanto quodam tempore & non esse. Textu. comment. 128.*

¶ Si igitur est quod genitum: aut corruptibile: necesse hoc intermedium esse. Tex. com. 129.

Quæstio. XXXVII.



ONSEQVENTER quæritur. Vtrum omne corruptibile sit genitum. Arguitur quod nõ. illud, quod precessit in tẽpore infinito præterito nõ est genitum. quia genitum est, quod nunc est & prius non fuit. ergo quod infinito H *tempore præterito fuit non est genitum: sed aliquod corruptibile ut iste homo antequam sit genitus præfuit in infinito tempore in potentia materiæ, quia si non præcessisset potentia: tunc impossibile fuisset ipsum fieri. sed ista potentia corrumpitur adueniente forma. Vt dicit Commenta. primo physicorum. quia per hoc probat, quòd potentia differat à materia.* T.c.70.

I T.c.121. & 122. ℭ Oppositum uult Aristo. in littera. quoniam omne corruptibile est genitum, & econtrario. quia conuertuntur: & hoc probat ex intentione in littera.

DIcendũ est ad qõnem, quòd oẽ corruptibile ẽ genitum, accipiendo genitum pro illo, quod prius non ens: postea est ens cuius ratio est. quia si esset aliquod corruptibile quod nõ cẽt genitum: tunc aliquid potest esse & non esse simul in eodem instanti temporis. s. copulando cum hoc simul quod est esse et non esse, sed hoc non est: quia tunc contradictoria simul essent. quia accipiatur ens quod semper fuit: & tamen sit corruptibile. modo tunc ponatur, q corrumpatur: quia non est ratio, quare plus in illo instanti corrumpatur q̃ in alio præterito, & sic semper fuit in præterito, & etiam potuit non esse in præterito, sicut nunc potest corrumpi ita in quolibet instanti preteriti temporis, sed si esset genitum non esset simile, quare nunc plus quàm prius non fuit: nã sic potest esse K per aliquam causam.

PER HOC Ad rationem. illud, quod præcesfit &c. conceditur. Et cum dicitur. sed aliquod corruptibile &c. negatur. & cum dicitur. potentia &c. dicendum, quod potentia propinqua non semper præfuit in tempore infinito, quæ est disposita materia: quia potentia illa ad esse est terminata ex utraq; parte. Alia est potentia remota: tũc ad hãc est difficile: quia uidetur quòd in tẽpore infinito præcessit: quia materia quæ recipit istam formam prius fuit in potentia in tempore infinito uel non fuit in potentia. Si non fuit tunc impossibile est fieri: quia sicut nihil facit quod impossibile est facere: ita nihil fit quod impossibile est fieri, sed si fuit in potentia tunc semper præcessit in infinito tempore

Dicendum quod potentia propinqua non fuit in tempore infinito: sed remota præfuit in tempore infinito: & potentia remota dicitur esse subiectum potens & respectus illius subiecti. modo capiendo illam potentiam pro subiecto potẽte tã- L tum præcessit in infinito tempore, quia materia prima semper fuit in potentia: sed si accipitur pro respectu supperaddito materiæ, non oportet quòd semper præcesserit illa potẽtia. ideo ratio illa non ualet.

ℭ *Sed adhuc neq; uerũ dicere nunc: quod est in priore anno: neq; in priore anno quod* M *nunc est &c.* Textu. commenti. 137.

ℭ *Verum non eam ut tunc non sit, quã do est (existit enim actu ens) sed in anno priore & præterito tempore &c.* N

Tex. com. 138. Quæstio. XXXVIII.

CONSEQVENTER Quæritur. Vtrum aliqua potentia sit respectu præteriti. Et arguitur quòd sic. si ad præteritum non esset potentia, tunc esset impossibile: sed hoc est falsum quia inconueniens est, quòd præteritum sit impossibile: quia impossibile est, quod nunq̃ fuit, nec est, nec erit: sed præteritum fuit. consequẽtia patet: quia postq̃ ad præteritũ nõ esset põa esset impossibile, quia illud est impossibile ad quod nõ est potẽtia.

Oppositum uult Aristo. quod non sit respectu præteriti. O


DICENDVM, Quod non est potentia respectu præteriti, sic intelligendo, quòd nulla potentia est ad T.c.138. esse, uel non esse, in præterito: quia quicquid habet potẽtiam ad esse, & ad non esse est, ad futurũ, & sic intellexit Arist. quia si potentia esset ad præteritum: tunc sequitur quòd preteritum posset esse in futuro: sed hoc est falsum, quia impossibile est præteritum esse: quod si esset potẽtia ad esse in præterito tunc præteritus annus esset presens: & sic præteritũ & presens essent simul: quod est impossibile. consequẽtia patet: quia postquàm aliquid esset potentia ad esse in præterito tunc præteritum posset esse, unde sic intellexit Aristo. quod si aliquid potest esse, uel non esse, potentia remota ab actu, illa potentia non est ad præteritum.

AD ARGVMENTVM si non cẽt &c. dicẽdum, quòd eo modo præteritum est impossibile, quo modo potentia non est ad ipsum: sed potentia non est ad præteritum ut sit, ergo impossibile ẽ ut præ- P teritum sit: sed ex hoc nõ sequitur, quòd non fuit. Vnde possibile est quod non repugnat sibi fuisse, sed repugnat sibi esse. Vnde hoc solo deus est priuatus, ut non faciat genitum ingenitum & incorruptibile: sicut dicit Arist. in sexto ethi- Cap. 2. corũ. Q

A ℭ COELVM AVTEM, ET EVM QVI SVRsum locum: antiqui quidem dijs attribuerunt, uelut existens solum immortale.

Textu. commenti. 2.

Quæstio. I.



ONSEQVENTER quæritur circa secundum librū. & primo circa principium: quia
T.c.2. Aristo.dixit quòd cœlū esset locus dei. Vtrum hoc sit uerum.
B Arguitur primo quòd non: quia incorporeum nō est in loco, quia esse in loco est proprietas corpo
T.c.45. rum ut.4.physico. & .12.meta.
sed deus est substantia incorporea intransmutabilis inalterabilis intantum, quòd motores orbium mouent sine labore & fatigatione. Item locatum debet esse æquale loco quarto
T.c.31. physico. sed cælum non est æquale deo, quia cœlum est fini-
T.c.33. usq; ad. 75. tū.ut primo huius. sed deus ē infinitus. ut patet octauo phy.
T.c.78. & .12.metaphysi. Item si cælum esset locus dei: deus mo-
&.75. ueretur localiter: sed hoc est falsum. quia deus est immobilis
T.c.41. ut patet octauo physi. consequentia patet. quia quod est in lo
T.c.45. co est mobile quarto physi. & quia locus quæsitus fuit pro-
T.c.32. pter motum localem.
T.c.2. OPPOSITVM Vult Aristot.in littera. in principio secundi quod cœlum attribuitur deo. Item ēt
T.c.22. dicit in primo huius. omnes de dijs habent existimationem:
C & locum, qui sursum est attribuunt deo, & hoc tam græci quàm barbari, tanquàm immortale coaptantes immortali.

SCIENDVM Quòd deum esse in loco ut in cælo, potest intelligi dupliciter. uno modo circunscriptiue & contentiue: quod est secundum inclusiōem corporalis magnitudinis quo modo deus non est in loco. Alio modo intelligitur deum esse in loco manifestatiue & hoc secundum excellentem & eminentem manifestationem uirtutis eius iuxta quem modum concedimus deū esse in loco quia in cœlo. Primum patet rationibus prædictis Sed secundum probatur. in illo corpore, quod uelocissime mouetur & motu regularissimo, & uniformissimo manifestatur euidētissime uirtus dei,
T.c.83. sed cœlum est huiusmodi. ut patet octauo physicorum: quia nullum corpus de mundo ita ornatum est & sphericū: quia excedit factur in omnibus artificis præter deum. & patet se-
C8.15. cundo huius. unde etiam Commen. dicit secundo huius. capi-
T.c.84. tulo de differentijs positionis in cœlo: quòd Arist. ostendit in
D physicis. ut in octauo physi. orum locum primi motoris esse maximum circulum maximi orbis: & ibi apparet potentia mouendi uelocissimi motus. quia maximus circulus maximi orbis in æquali tempore maximum spatium pertransit: & hoc manifestat locum eius determinatum. quia dextrū est locus eius: quia ibi apparet maxime uirtus.

PER HOC Patet ad rōnes. illud, quod ē in loco etc. uerū est circūscriptiue. mō deus nō est in cælo circunscriptiue, sed manifestatiue ut dictum ē in positione. ideo non ualet.

ℭ Adhuc autem sine labore propterea E
quòd nulla indiget uiolenta necessitate, quæ detineat prohibens ferri aptum natum ipsū aliter. Textu. comment. 3. Quæstio. II.



ONSEQVENTER quæritur. Vtrum cœlum moueatur cū labore & fatigatione. Et arguitur qđ sic, ille motor mouet mobile cum fatigatione: cuius mobile resistit motori: quia ex alio non uidetur prouenire labor et fatigatio. nisi quia mobile resistit moto
ri: sed cœlum resistit motori quia dicit Commentator quarto c8.71.
physicorū. quod in omni motu est resistentia mobilis ad moto F
rem. Item mobile, quod mouetur motibus contrarijs mouetur cum labore & fatigatione, quia hoc mobile fatigatur, quod mouetur motibus contrarijs & contra inclinationem, sicut corpora animalium, quæ mouentur sursum contra inclinationem qui motus est oppositus motui deorsum quo naturaliter mouentur, sed cœlum mouetur motibus cōtrarijs, ut orbes planetarum inferiores mouentur duobus motibus contrarijs, ut motu diurno qui est ab oriente in occidens. & ecōuerso. a proprijs motoribus ab occidente in oriens ut dicunt omnes. Item ille motus uidetur esse cum fatigatione, cuius mobile aliquando uelocius aliquando tardius mouetur, quia animalia, quæ sunt hic dicimus fatigari: quia aliquando uelocius aliquando tardius mouentur: sed corpora cælestia sunt huiusmodi. quia aliquando mouentur tardius & aliquādo uelocius: quoniam in uno tempore maiorem arcum transeunt in zodiaco. aliquando uero minorem in alio tempore ut G
per obseruationes astronomorum certas compertum est.

Oppositum uult Aristo. in littera qui dicit, quod cœlum mouetur motu incessanti sine labore & sine fatigatione. & Commentator idem uult.

SCIENDVM Quod de cœli motu diuersæ sunt opiniones: ut Arist. recitat in littera. Aliqui dicunt, ad hoc quòd cœlum detineatur superius, & non descēdat, indiget uirtute animata, quæ detineat & sustineat cœlum, ne descendat & isti posuerunt Athlantem, qui sustinet
cœlum. hoc demum Arist. improbat breuiter, quia est falla- T.c.4.
cia, & non debemus assentire fabulæ: quæ ponit cœlum esse graue. tunc enim indigeret uirtute sustinēte ipsum, sed prius demōstratum est cœlum nec esse graue nec leue. Alij dicunt, quòd cœlum detineatur per uelocitatem excellentiæ circungyrationis, quia quàmuis cœlum sit natum descendere: tamen quia uelocius circungyratur, quàm natum sit descendere: ergo manet superius. unde motus circungyrationis præanticipat uelocitate motum descensus, ut si aqua po- H
nitur in uase, quod habet foramen aliquod uersus terrā quāquàm apta nata sit sic descendere: tamen uelocius potest circunduci, quòd aqua non descendit, quia motus circungyrationis præuenit motum descensus deorsum. similiter in urna ubi grossum corpus est terrestre, & si in aqua circūducitur urna, graue manet superius, & non descendit ad fundū: quāuis natum sit descendere, sed impeditur uelocitate circun-
gyrationis. Aristo. improbat hoc, quòd tanto tēpore & per- T.c.5.

I petuo aliquid moueatur a uirtute uiolentãe & uiolẽter im
possibile est, unde ille motus est uiolentus, & uiolenta non
sunt perpetua, quia quæ sunt extra naturam uidemus citißi
me deficere, ut patet primo huius. T.c.15. quia uiolentum
est posterius naturali. modo posterius impossibile est existere
non existente priori. Alia est opinio Platonis, quòd ani-
ma prudens in medio mundi existens sustinet & mouet cœ-
lum, unde dicit, quòd ex medio ad extrema undiq; cõplexa
incepit inceßabilẽ uitam & motũ ad oẽ tempus. Contra.
T.c.a.6. hoc dicit Arist. quòd anima, quæ sic cælum, cogeret moueri
& manere superius, haberet tristitiam & nunq̃ non care-
ret labore, sed hoc est inconueniens, quia tunc anima cæli es
set ignobilior quàm anima animalium, quæ non mouet sem-
per cum tristitia, & labore. consequentia patet: quia postq̃
inciperet illum motum cum tristitia cogeret et retineret cæ-
lum perplexa ei, sed beata tunc non est: quia beatum sine tri
K stitia est, quia optimum & delectabilissimum & iocundissi-
mum nult esse fœlicitas primo æthicorum. Item careret
robore prudenti & omni conatu prudenter ad mouendum
apposito quia q; aliquid incipiat laborare, & fatigari nunq̃
ceßaturum, non est laudabile, licet ad tempus sit laudabile,
quia sicut dicitur in prouerbiis gloriosus animas labor nu-
trit, tamen non est laudabile: quòd anima cœli sic semper mo
ueat cum tristitia, quia tunc deterior eßet animabus anima-
lium, quæ non semper mouent, sed quiescunt aliquando.

Et sciendum, quòd Comme. dicit. de his dictis: qđ ista omnia
sunt apologi. i. sermones uulgares, quos ponunt legislatores
& sunt remoti a ueritate & intellectu humano. unde etiam
dicit in tertio physi. in prologo, quòd apologi, nostræ legis
quos ponimus in ciuitatibus, corrumpunt multa principia ne
ceßaria propter consuetudinem. Et ipse Commen. loquitur
de apologis suæ legis, quæ sumitur de lege maumeth. Et si
L loqueretur de nostra lege mentiretur, quia omnia in lege no
stra sunt uera & probata per miracula dei & creatoris glo
riosi. Tunc dicendum est ad quæstionem, quòd motus cœ
li non est cum labore & fatigatione: & hoc probatur ratio
ne Arist. quia si motus cœli eßet cum labore & fatigatione
tunc motus cœli laboriosus eßet & magis fatigatus & ex-
pers optimæ dispositionis, sed falsum est hoc, quòd cælum sit
magis fatigatum & laboriosum, & recedens ab optima di-
spositione. consequentia supponitur: quia patet ex animali-
bus q̃to enim animalia magis laborant, tanto magis fatigã-
tur, nam homo tantum potest ambulare, quod deficiet, ita q;
spiritus & nerui corrumpentur, si quidem talis potẽtia seu
M labor magis factus abijcit a substantia. Item probatur ex
Com. 1. dictis Commentatoris, qui dicit, quòd causa fatigationis &
laboris in mobilibus est, quòd mobile habet nãlem inclinatio-
nem ad motum oppositum, & alium terminum, ad quem mo-
uetur & mouet: ut anima mouet animal ad latus, & animal
quia graue naturalem habet inclinationem ad motum deor-
sum, qui opponitur motui ad latus, quo mouet anima. Ex
hoc sic. ille motus non est cum labore, cuius mobile non habet
naturalem inclinationem ad motum oppositum illi motui quo
mouet motor: sed cœlum est huiusmodi: quia mouetur circu
lariter, & nullam habet prorsus inclinationem ad motũ ali-
um q̃ circularem, quia nullus motus est oppositus motui cœ
T.c.20. lesti nec secundum totum, nec secundum partes, ut probauit
&.24. primo huius nec habet inclinationem ad motum deorsum nec

sursum, quia cœlum nec est graue nec leue: sed est neutrum N
ut dicit Commentator: et ita anima mouet ipsum sine labore
& fatigatione: quia est in mouendo in optima dispositione et
delectatione quia Aristo. dicit quòd entia illic existentia sunt
inalterabilia & intransmutabilia optimam uitam ducentia
in toto æterno.

AD RATIONES Ille motor &c. di-
cendum, quòd resistẽtia mobilis ad motorem duplex est. Vno
modo ex inclinatione naturali ad alium motum ab illo ad quẽ
mouet motor, ut corpus animalis habet naturalem inclinatio
nẽ ad motũ deorsum, q̃a graue ẽ: & ille motus est alius ab il
lo, ad quem mouet motor, ut anima mouet ad latum & ubi ẽ
talis resistentia, ibi est labor & fatigatio. Alia est resistẽ
tia, quæ est ex potentia mobilis ad actum, quæ tamen caret
inclinatione naturali ad alium motum, & illa est in cœlo:
quia est in potentia hoc, quo motor mouet & hoc dicit Com- O
mentator quarto physicorum esse, ex tali quidem resistentia
non est labor & fatigatio. Ad aliud. mobile, quod mouen-
tur contrarijs &c. conceditur: si est uera contrarietas. Et
cum dicitur quòd orbes &c. dicendũ, quòd nõ mouentur mo
tibus contrarijs: quia non sunt super eosdem polos & axem
sed, diuersos: unde motus sunt disperati. sed si eßet uera con
trarietas, tunc oporteret, quòd motus eßent super eosdẽ po-
los sicut dicit Commentator. Ad tertium ille motus &c.
uerum est si secundum rem & ueritatem ẽ sed si secũdũ ap
parentiam est: tunc non oportet. & cũ corpora cœlestia etc.
dicendum, quòd non in rei ueritate uelocius & tardius mo-
uentur, quia semper æquales arcus pertranseunt in suo orbe
in æquali tempore. Et cum dicitur. planetæ &c. sunt aliquã
do retrogradi etc. dicendum quòd hoc non prouenit ex hoc,
quòd in rei ueritate sint uelocioris motus: sed fit propter mo
tus in epicyclis: quia quãdo planeta est in superiori arcu epi-
cicli: tunc uelocius mouetur: quia mouetur motu epicicli, sed P
in inferiori tardius mouetur: quia opposito motu deferentis
circuli ut habet uideri in astrologia.

Si autem oportet cælo adaptare aliquid talium & primum: quemadmodum diximus in animalibus existens, rationabile existere in ipso. Tribus enim entibus unumquodq; uelut principium quoddam est. Dico autem tria sursum & deorsum: & anterius: & oppositum: & dextrum: & sinistrum, has enim distensiones rationabile existere corporibus perfectis omnes. Tex. com. 8.

Quæstio. III. Q



ONSEQVENTER quæ
ritur circa secundum capitulum huius secũ-
di. Vtrum differentiæ positionis solum sint
sex. Arguitur primo quòd sint plures, quia
sicut est de motu augmentationis sic de mo-
tu generationis & nutritionis, per conuenientem similitu-

A dinem, & etiam magis uidetur de motu generationis: quia nobilior est generatio augmentatione, cum sit secundum substantiam: sed augmentatio est secundum accidēs: sed duæ differentiæ sumuntur secundum motū augmentationis ut sursum & deorsum. quare &c. Itē sicut est de motu sensus: ita est de motu intellectus per conuenientem similitudinem, quia sicut intellectus immutatur ab intelligibilibus, ita sensus a sensibilibus, ut patet. 3. de anima, T.c.2. sed duæ differētiæ accipiuntur secūdum motū sensus: ut ante, & retro: ut dicit in littera: ideo secundum motum intellectus etiam duæ debent accipi. Item sicut se habet sensus sic & appetitus. ergo sicut est in motu sensus: ita & in motu appetitus: sed secundū motum sensus duæ differētiæ accipiuntur ut dictum est. ideo &c. Item. 4. arguitur quòd sint pauciores quā sex, quia T.c.3. omnia sunt tria &c. ex primo huius: sed dimensiones & differentiæ positionis sunt de natura omnium. ergo tantū sunt B tres differentiæ positionis.

T.c.7. Oppositum uult Arist. in littera. qui enumerat sex differentias positionis: & non plures: ut dextrum, sinistrū, sursum, deorsum, &c. unde etiam reprobat opinionem pythagoricorum, qui non ponunt nisi dextrum & sinistrum.

NOTANDVM Quòd differentiæ positionis accipiuntur in corporibus animatis perfectis secundum uirtutes, quæ sunt principia motuū diuersorum, unde in corporibus animatis perfectis tria principia inueniuntur. s. principium motus localis, principium augmentationis, & principium sensationis modo illa pars ubi est uirtus incipiens motum augmentationis ē sursum, ut in animalibus incipit augmentatio a capite. ergo caput est sursum non ratione totius: sed ratione partis. Similiter in plantis a radicibus incipit motus augmentationis: quia per radices accipiunt nutrimētum per quod fit augmētatio. unde sunt sursum. Quia augmenta C tio fit aduenieute aliquo, quod resoluitur in materiam: & recipit formam illius substantialem, cui aduenit: & illud oportet quòd præparetur & disponatur. Vnde & nulla digestio est secundum medicos in ore: sed præparatio ut masticatio: quia cibus masticatus habet uirtutem aliquam, quam prius non habuit: quia sanat uulnera: ut dicit Auic. unde à capite incipit motus augmentationis non essentialiter sed formaliter: quia hoc est a corde: quod est principium omnis motus, et quælibet pars aucta est aucta. ergo prius cor augmentatur uel simul cum alijs partibus. unde nutricatio & dispositio fit a capite, quia ibi preparatur cibus: et diuiditur per os in animalibus: & per radices in plantis. Vnde sicut dicitur secun- T.c.4. do de anima. quòd radices in plantis assimulātur in animalibus ori, quia utraq; pars trahit alimentum: & ita illa pars, ubi incipit motus augmentationis, est sursum: sed opposita deorsum est. Similiter penes uirtutem, per quam est motus sensus accipiuntur duæ differētiæ: quia ubi initiatur motus sensus, & immutatur sensus à sensibili, est ante, & op- D posita pars est retro. ergo facies dicitur ante: quia ibi existit uirtus initiatiua motuum sensus. unde licet uirtus uisiua nō sit in extremo oculi: tamen ibi initiatur motus, quia ibi recipitur species uisibilis, sine qua non fieret uisio. Similiter dextrum & sinistrum distinguūtur secundū uirtutem, quæ est principium motus localis. dextrum enim est, a qua incipit motus localis siue uiget, & huius signum est, quia dextra magis est calida, quā sinistra: quia licet cor, quod est fons caloris, declinet ad sinistram magis, tamen aperturas habet E uersus dextrum: & hoc propter motum localē. Vnde in pluribus nos uidemus, quòd quando uolunt ambulare, mouent primo dextrum pedem, & ad aliquid faciendū mouent primo dextram manum, sed si accidit oppositum hoc ē ut in paucioribus & per accidens, & sinistra est oppositum. Tūc dicendum est ad quæstionem quòd differentiæ positionis sunt sex, quia tot debent esse differētiæ positionis, quot modis motus possūt distingui per uirtutes, quæ sunt principia motuū. & à quibus uirtutibus initiantur motus, sed hoc fit sex modis: quia duæ differentiæ sunt, à quibus initiatur motus augmētationis: quia à sursum, & terminatur deorsum. similiter motus localis initiatur à dextra, ut dictum est. Notandū quòd et si differentiæ positionis inueniantur in omnibus corporibus animatis, non tamen omnes. nam in plantis tantum sunt sursum, & deorsum, eo quoniam habent duntaxat uirtutem motus augmenti. principio autem motus localis atq; F principio sensus uacant, quare non habent dextrum, & sinistrum, ante, & retro, in corporibus quidem inanimatis secūdum naturam non adinueniuntur hæ positionis differentiæ, quia non informantur uirtutibus, a quibus initiantur prædicti motus.

PER HOC Ad rōnes. sicut est de motu etc. aliqui dicunt, quòd est simile in aliquo: quia per utrumq; aliquid acquiritur de nouo, sed est dissimile in hoc: quia generatio & nutritio non sunt motus: sed sunt mutationes momētanee: quia per ipsa generatur forma, ut per nutritionem forma substantialis in eodem: sed per generationem similiter forma substantialis: & utraq; recipit esse a nutrimento, licet per nutritionem forma substantialis carnis in alio ut in nutrimento: sed per generationem generatur forma substantialis mixti: sed augmētatio est uerus motus. ergo penes mo G motum augmenti possunt accipi differentiæ positionis, & nō per generationem & nutritionem. Sed hæc solutio non uidetur sufficere ad sustinendum quòd differentias positionis accipiantur penes ueros motus. nam tunc non acciperentur penes motum sensus: quia motus sensus non est uerus motus successiuus, sed est instantaneus: quia anima in instanti immutatur à sensibili. Item augmentatio non est motus continuus secundum Commento. 8. physi. ideo hæc solutio nō ualet. C.8.23. Videtur etiam quod differentiæ positionis magis debent distingui à motu generationis, quia generatio est operatio nobilior animæ quippe per uirtutem generatiuā diffinitur anima, dicendo quòd anima est principium faciendi tale quale ipsum est, quandoquidem generatio est finis respectu aliarum operationum, & unumquodq; appellatur à fine secundo de anima. Dicendum ergo est aliter quòd sicut accidē- C.8.49. tia notiora sunt substantijs, ita motus secundū accidentia notiores sunt motibus secundum substantias, modo augmentatio est motus secundum accidens ut secundum quantitatem, sed nutritio & generatio sunt motus secundum substantias, H ergo augmentatio notior est quàm sit generatio & nutritio & quo ad nos, ergo differentiæ positionis magis distinguuntur per principium augmentationis quàm generationis & nutritionis. Vnde sine peccato potest dici, q. ubi ē sursum penes principium augmentationis: & ibi etiam est sursum penes principium generationis & nutritionis, quia ad omnes motus hos deseruit nutrimentum, quoniam à capite incipit

I motus nutritionis: quia ibi nutrimentum preparatur, & disponitur: & illud idem, quod est principium nutritionis est principium generationis, & quando superfluum est, tunc mittitur ad uasa gñationis siue seminaria. Ad aliud. sicut se habet sensus &c. dicendum, q̃ est simile: quia sicut sensus immutatur à sensibili: ita intellectus ab intelligibili: tamen est dissimile: quia sensus est uirtus in corpore, & habet diuersitatem in partibus: sed intellectus non habet diuersitatem in partibus corporis & non est uirtus organica. ergo non habet partes ubi distinguantur differentiæ positionis.

Ad tertium sicut se habet sensus &c. cõceditur de appetitu sensitiuo, q̃ delectabile aut triste, ut affirmãs aut negãs persequitur aut fugit. 3. de aĩa. t. c. 28. & ideo penes ipsũ ita bene distinguuntur differentiæ positionis sicut penes principium sensus. Et ideo dicendum q̃ idem est organũ utriusq; quia sensitiuum & appetitiuum non est aliud subiecto: ut


K T.c.29. patet tertio de anima. Similiter non oportet quòd distinguãtur differentiæ positionis per principium appetitus: sed sufficit quòd distinctæ sint per sensum. Sed posses dicere, q̃ magis uidetur, q̃ differentiæ positionis debeãt distingui per appetitiuum magis, q̃ per sensitiuum: quia appetitus est uirtus nobilior, q̃ omnis sensus particularis: & distinctio semper debet esse penes nobilius. Dicendum, q̃ non est uerũ q̃ appetitus sit uirtus nobilior q̃ sensus: quia cognoscitiua uirtus est nobilior non cognoscitiua, sed appetitus siue sensitiuus ut irascibilis uel cõcupiscibilis, siue intellectiuus ut uoluntas nihil cognoscit, sed sensitiua uirtus est cognoscitiua. ergo melius fiunt distinctiones penes principiũ sensus q̃ appetitus. Ad quartum. cum dicitur. omnia sunt tria &c. dicendum, q̃ tria sunt plura duobus, uel secundum substantiã uel secundum dispositionẽ seu scdm reductionẽ, sed nõ oportet, q̃ solum per substantiam omnia sint tria, quia aliqua se-

L cundum substantiam non sunt tria, sed sex uel octo &c. Sed secundum dispositionem omnia, quæ plura sunt duobus sunt tria: quia possunt reduci ad tria: quia omnes substantiæ sunt tres per reductionem, omnis. n. substantia uel est nobilissima, uel uilissima, uel media similiter omnis digitus uel est maximus, uel minimus, uel medius. Similiter omnis differentia positionis uel est nobilissima ut ante: uel uilissima ut deorsum, uel media ut aliæ quatuor. Vnde quæ differentia positionis sit nobilior, hoc manifestum est secundum uirtutes, quibus distinguuntur quare si motus secundum sensum sit nobilior q̃ motus augmentationis & localis, tunc etiam ante est nobilius q̃ aliæ differentiæ: sed motus sensus: ẽ huiusmodi: quia est a uirtute sensitiua, quæ est cognoscitiua: sed alij motus sunt a uirtute nõ cognoscitiua, ergo sensus: & per cõsequẽs motus sensus & differentia positionis, quæ accipitur penes motum sensus est nobilior alijs differentijs positionis.

M ℭ *Nobis autem quoniam determinatum est prius: quòd in habentibus principium motus, tales uirtutes existunt. Tex. com. 12.*

ℭ *Est autem cœlum animatum: & habet motus principium manifestum: quoniam habet sursum, & deorsum: & dextrum, & sinistrum. Textu. commenti. 13.* N

Quæstio. IIII.


ONSEQVENTER quæritur. Vtrum cœlum sit animatum. Et arguitur q̃ nõ, si sic esset: tunc cœlum esset corruptibile: sed hoc ẽ falsum: quia ẽ perpetuum primo huius. consequẽtia patet: quia si cœlum esset animatum, tunc esset compositũ ex materia et forma, & tale ẽ corruptibile: ut patet primo phy. quia forma in materia existens habet contrarium sibi. per Commentatorem primo huius. modo si cœlum esset animatum: tunc esset compositum ex materia & forma: quia anima est forma corporis. 2. de anima. T.c.22. T.c.47. Com.10. O T.c.6.4. 6.&.7.

Item omne corpus animatum. est organicum: & hoc patet ex diffinitione animæ 2. de anima. aĩa est actus corporis &c. sed cœlum non est organicum: quia organicum est cõpositum ex diuersis partibus, quæ differunt complexione compositione, & figura: ut dicit Albertus ibidẽ: quia auris est alterius complexionis, compositionis, & figuræ q̃ oculus: sed cœlum non est sic compositũ ex diuersis partibus compositiõe &c.

Item omne corpus animatum est in potentia ad uitam ex diffinitione animæ. 2. de anima. quia anima est actus corporis physici habentis uitam in potentia: sed cœlum non habet uitam in potentia: quia si haberet uitam hoc esset in actu. unde cum sint quatuor modi uitæ: sensitiua: uegetatiua &c. quia si essent plures reducerentur ad hos modo cœlum non participat nisi motum localem, & illum habet in actu. T.c.4.6.&.7.

Oppositum uult Arsto. in littera secundo huius ubi dicens de partibus situalibus cœli, supponit, quòd cœlum sit animatũ cum aliter non possit soluere dubitationes & quæstiones difficiles, supponit & dicit, q̃ cœlum sit animatum: & hoc idem uult Commentator. P

NOTANDVM Per duplicem distinctionem primo quidem q̃ per cœlum possumus duo intelligere. Vno modo corpus secundum, q̃ nec est graue nec leue, quod mouetur circulariter: & hoc circunscripto motore. Alio modo accipitur cœlum pro composito ex motore & mobili: & sic ab intelligẽtia mouetur circulariter: et sic accipitur cœlum octauo physi. quando dicitur cælum mouetur ex se, circunscripto enim motore cœlum non mouetur: quia quod ex se mouetur, diuiditur in duas partes: quarum una est mouẽs & alia mota. Secundo distinguitur animatum secundum Cõmentatorem in. 2. huius com. 60. & 71. ubi habetur q̃ animatum dicitur ferè æquiuoce de cœlo & de animantibus quæ sunt hic .i. secundum diuersas rationes: quia uno modo animatum dicitur anima inexistente corpori & quæ est constituta per subiectum inherẽter. Alio modo animatum dicitur anima non inhærente corpori nec constituta per subiectum quæ est principium dans sibi esse: sed solum animatum anima non inherente corpori nec constituta per subiectum quæ est principium motus & coniungitur ei secundum motum: quia est principium immediatum & determinatum motus. Per hoc dicendũ est ad quæstionem, quòd si animatũ primo modo accipitur, quomodocunq; accipiatur celũ nõ est animatum. Q

Secũdo

A Secundo dicendum, q. si cœlum primo modo accipitur cir
cunscripto motore non est animatũ secundo modo. Tertio
dicendũ q. cœlũ est animatũ anima mouente secundo modo
animati, si accipiatur cũ motore. Ratio primi est. si cœlũ es-
set animatũ primo modo, uel esset animatũ anima sensitiua,
uel uegetatiua, uel intellectiua, uel motiua. per sufficiẽtẽ di
uisionẽ, quia non sunt plures animæ: ut patet 2. de anima.
T.c.23. Sed cœlũ nõ est animatũ anima sensitiua, quia tunc haberet
omnia organa, quæ deseruiunt ad sensum, uel quædã, ut au-
res, quod nõ uidemus: quia ridiculũ esset hoc dicere: quãuis.
Simplicius hæc uoluit 2. cœli com. 35. de anima particula 57.
Nec uegetatiua anima, quia nõ nutritur nec augmẽtatur: ut
patet 1. cœli T.c.21. & similiter nec anima motiua secũdum
locũ, quia illa nõ est sine sensu. ẽt nõ procedit de uno loco ad
aliũ ut animalia. Nec est animatũ anima intellectiua quia in
tellectus nullius corporis est actus dans esse corporis. de ani
B ma T.c.11. et T.c.21. et 3. de anima T.c.6 et 1. de anima T.
c.92. & cũ cœlũ sit corpus nõ põt animã habere pro actu 1.
Ratio secundæ conclusionis dicta est prius, quia si hoc esset,
tunc cœlum esset cõpositum ex materia, et forma at hoc est
falsum, quia secundũ Cõmen. est subiectũ simplex, consequẽ
tia patet quia animatum habet duo principia s. animã quæ ẽ
forma, et corpus, qđ ẽ materia, quia anima ẽ actus corporis.

2. huius T.c.61. Tertium Cõmentator probat tribus rationibus in illo ca-
pitulo ubi Arist. soluit illas difficiles dubitationes. Prima ẽ.
Illud, quod est nobilius animatis, est animatum. hanc habet
manifestam, quia quod nullo modo potest esse animatum, non
potest esse nobilius animato: sed cœlum est nobilius animato
quia dicit Commentator ibi com. 61. q. nos opinamur cœlum
esse nobilius animato. Item illud, quod mouetur localiter
est animatum, & habet figuram determinatam, & propriã
quia hoc tantum contingit animatis, quia inanimata non mo-
C uent se de potentia essentiali nec habent figuras proprias &
determinatas: quia remanentibus in specie possunt habere di
uersas figuras: ut patet in lapidibus: sed cœlum mouetur ex
se localiter quia diuiditur in partem mouentem & partem
motam. ergo habet propriam figuram sphæricam: ut patet
in isto. 2. t.c.21. & infra & ista ratio dicit quia: accipitur. n.
ut dicit Commentator ex parte motus & figure quæ poste-
riora. Item tertio: ista ratio dicit propter quid, quia fun-
datur super rationes naturales & diuinas: sic illud compo-
situm est animatum, cuius altera pars est substantia sine ma-
gnitudine & materia, quia dictum est in scientia de anima:
q. omne tale ens abstractum à materia ẽ intellectus, sed alta
pars cœli est immaterialis, quia declaratum est in. 8. phy. t.
c.79. & ultimi, quia motor eius est immaterialis, & addit
Com. 36. Cõmentator q. declaratum in. 12. primæ phylosophiæ cõ. 36.
q. forma intellectualis nõ mouet nisi per desiderium primi: et
primum mouet ut amatum, & desideratũ. ergo cœlum est cõ
D positum ex motore & mobili non tanquàm inhærente cor-
pori secundum esse: sed tantum secundum motum: & ad hãc
Com. 3. intentionem dicit Commen. uersus principium secundi huius
q. in corpore cœlesti forma & formatum sunt unum nume-
ro, ut cœlum & intelligentia, quæ est motor: licet magis di
minute quàm sit dispositio recipientis & recepti in forma
abstracta. s. in intelligentia ubi forma & formatum ut intel-
ligens & intellectum secundum subiectum sunt unum nume
ro: quia motor secundum esse non coniungitur mobili in cor-
pore cœlesti: sed tantum sunt unum numero secundum effe- E
ctum & motum. nã motus, qui est in mobili immediate. pro-
cedit à motore. Sed dubium est contra primam conclusio-
nem dicentem, q. cœlum circunscripto motore non est anima
tum contra illud quod est nobilius animato, est animatũ. ista
propositio est commentatoris. 2. huius com. 61. sed cælum est
nobilius animato: ut musca uel uermi: probatio huius. perpe-
tuum est nobilius generabili & corruptibili octauo phy. sed T.c.75.
cœlum est substantia perpetua ex primo huius. Sed aliqui T.c.20.
dicunt, q. cœlum circunscripto motore non est nobilius ani-
matis. ratio est. quando optimum in aliquo genere est, nobi-
lius optimo alterius generis: tunc totum genus simpliciter
est nobilius toto illo genere: sed optimum in genere cogno-
scentium est, nobilius optimo in genere non cognoscentium.
quare &c. maior patet: quia homo optimus est nobilior opti
mo asino. ergo totum genus hominum nobilius est omnibus
asinis. minor patet etiam: quia deus, qui est optimus in gene-
re cognoscentium est, nobilior in genere non cognoscentium F
ergo totum genus cognoscentium est, nobilius omnibus alte-
rius generis: sed cœlum est in genere non cognoscentiũ. ani-
malia uero in genere cognoscentium. quare &c. Dicen-
dũ q. corpora cœlestia circunscripto motore, sunt nobiliora
multis animalibus, quæ sunt hic, ut musca & uermi: uñ hoc
probatur per eandem rationem · quando optimum in aliquo
genere &c. sed optimum in genere substãtiarum simpliciũ,
est nobilius optimo in genere substantiarum compositarum,
ut deus qui est substantia simplex est nobilior omnibus in ge
nere substantiarũ compositarũ, sed cœlũ est substantia sim-
plex et animalia substantiæ cõpositæ. Et cõfirmatur. qũ
optimũ &c. sed in genere substantiarũ æternarum, deus est
optimũ, quia est optimũ eorũ quæ in natura. prohæmio met.
sed cœlum est æternũ: & animalia in genere corruptibili.

Per hoc ad rõnẽ: q. est nobilius &c. uerũ est in aliquo isto
rũ modorũ aut q. anima sit pars sui: aut q. sit instrumentum G
mediatũ nobilioris animæ omnino: mõ q. est nobilius &c. ue
rũ ẽ si uidetur animatũ eẽ aliquo mõ, & sic cœlũ est anima
tũ nõ anima parte sui secundũ esse ut hõ sed est animatũ ani
ma mouente. unde cœlum est quasi ligamentum inter ista in-
generabilia & corruptibilia: ut dicit Commentator primo T.c.22.
huius. Ad rationem illorum. dicendum, quòd non ualet,
quia tantum est in cõtrarium, inquantũ est pro eis ut uisum
est. unde potest dici. quòd debet intelligi de specie specialis-
sima: quoniam genus uno modo accipitur pro specie speciallis
sima: ut patet quinto meta. quia indiuidua speciei specialissi T.c.33.
me sunt eiusdem perfectionis in substantia ut omnes homi-
nes sed differunt per accidentia, & in illis habet ueritatem,
quia optimus homo est nobilior &c. quia omnes homines
sunt eiusdem perfectionis: sed in generibus quæ plures spe-
cies habent: & præcipue in analogis non habet ueritatem,
& sic est in proposito: quia cognoscens est analogum.

Aliter potest dici, optimum &c. conceditur: ut [illegible] Et
cum dicitur. optimum in genere &c nolo quod totum ge- H
nus cognoscentium ut sunt cognoscentia sub ista reduplica-
tione est nobilius non cognoscentibus, quia affirmatio nobi-
lior est negatione. sed id, quod est cognoscens, simpliciter
non oportet quòd sit nobilius non cognoscente, quia uisus
est cognoscens, & uoluntas non est cognoscens, & ta-
men uisus non est nobilior uoluntate, licet in quantum co-

I gnoscens sit nobilior.

PER HOC patet ad argumenta. Ad primum si cœlum &c. uerum est si animatum anima inhærente secundum esse, & quæ constituitur per subiectum: sed si est animatum anima mouente, quæ non constituitur per subiectum: tunc non oportet: & sic est in proposito: ut dictum est.

Ad secundum omne corpus animatum &c. uerum est, si est animatum anima, quæ perficit corpus: sed si est anima mouens: non oportet habere diuersas partes organicas, quæ differunt compositione complexione &c. sed sufficit, quòd sint aliquo modo diuersæ. Et cum dicitur. cælum &c. dicendum quòd non habet animam hoc modo quæ, requirat distinctionem partium quantitatiuarum & in figura & compositione &c. sed sufficit quòd habeat partes, quarum una est nobilior alia. Ad tertium cum dicitur, omne corpus &c. uerum est, si est animatum anima perficiente corpus secundum esse, quia illa aliquãdo operatur aliquando nõ, quia fatigatur per molem corporis: sed si est animatum anima mo-
K uente & non fatigatur: tunc semper est in actu. unde cœlũ semper intelligit per intelligentiam quia motor eius non fatigatur. ut patet secundo huius.

Dextrum enim unumquodque dicimus: unde principium eius, qui secundum locum motus. Cœli autem principium circulationis, unde ortus astrorum. Textu commenti. 15.

Quæstio. V.



CONSEQVENTER quæritur. Vtrum oriens sit pars de-
L xtra in cœlo, & arguitur quòd non. illa pars est dextra, a qua motus localis incipit: quia illo modo distinguitur dextrũ a sinistro: ut patet in litera: quia dextra pars est illa, a qua incipit motus localis, ut patet in animalibus, quæ sunt hic: sed ab oriente motus cœli non incipit: nam quod in omni tempo-
T.c.15. re mouetur, etiam mouebatur: ut patet 8. phy. Item si oriens esset pars dextra in cœlo: tunc sequeretur, quod una et eadem pars quandoque est dextra, quandoque sinistra: sed hoc est falsum: quia dextrum & sinistrum sunt terminata, & distinctæ partes & determinatæ secundum naturam, ut patet in animalibus hic: quia dextra manus non est sinistra: nec econuerso in nullo tempore dextra pars in cœlo est sinistra cum cœlum sit animatum perfectius & nobilius, conse-
M quentia patet. quia eadem pars, quæ prius erat eleuata super orientem in superiori hemisperio, quæ est pars dextra: postea in occidente descendit in inferiori hemisperio, & erit sinistra, sicut sol, qui de mane oritur primo supra orizontẽ, de nocte occidit sub orizonte. Item si oriens esset pars dextra: tunc non esset idem dextrum in cœlo super omnes regiones: sed hoc est falsum: quoniam in cœlo dextrum secundum naturam determinatum est, & quod est dextrum apud aliquos in una regione: etiam est dextrum apud alios in alia regione, consequentia patet: quia pars, quæ primo oritur in una regione supra orizontem, adhuc non oritur propter di- N
uersitatem orizontium in diuersis regionibus: & etiam propter sphæricitatem terre hoc est: & sic non est idem dextrũ & sinistrum in cœlo apud omnes regiones.

Oppositum uult Arist. in litera quoniam determinat, quòd T.c.15.
in cœlo sunt illæ duæ differentiæ positionis dextrum & sinistrum. & subdit, quòd dextrum in cœlo est oriens: sinistrũ uero occidens, & hoc idem uult Commentator & alij expositores.

NOTANDVM quòd licet quilibet orbis cœlestis sit continuus ex secundo huius, nihilominus tamen in T.c.16.
orbe cœlesti sunt diuersæ partes distinctæ secundum uirtutes, quarum stella est nobilior aliquo modo, quia uirtuosior, & fortiorem efficaciam habet in transmutando inferiora, quàm pars orbis in cœlo non stellata: & sic sentit Comment. secundo huius comment. 16. & 24. & similiter astronomi. unde O
motus orbis non est nisi secundum motum stellati, quæ est pars nobilior & densior. unde licet orbis totus simul sit cõtinuus: tamen stella est efficacior & uirtuosior pars: propter hoc motor, qui mouet sphæram principalius intendit motum stellæ: quia agens semper intendit id, quod est principalius in re. Tunc dicendum est ad quæstionem quòd secundum Arist. & Commen. oriens est pars dextra in cœlo: & ratio eius. illa pars est dextra in cœlo, a qua inciperet motus, si inciperet: & a qua motor principalius intendit mouere, sicut in animalibus dextra pars est illa, a qua incipit motus localis, sed si inciperet cœlum moueri: tunc inciperet moueri a parte stellata, quia est uirtuosior & perfectior partibus non stellatis, unde etiam motor intendit principalius motum stellæ: & si inciperet moueri cœlum, principalius intende- P
ret inceptionem motus stellæ: & propter transmutationem aliquam inferiorum, si motor inciperet mouere secundaria intentione, quia primo mouet propter se, & quia moueret principaliter stellam, & intenderet principalius inceptionem motus eius: quia fortiorem uirtutem habet & efficaciã ad transmutandum inferiora, quam pars non stellata. ergo oriens in cœlo ut stella, est pars dextra. Et est notandum quòd unam partem prius incipere motum quam aliam, si inciperet, potest intelligi dupliciter. Vno modo prius duratione & tempore: ita quòd una pars prius incipiat moueri tẽpore quam alia, & sic non debet intelligi: quia cœlum est cõtinuum, & continuum totum simul mouetur. ex quinto me- T.c.8.
taphysi. Alio modo intelligitur unam partem prius moueri alia primeuitate & principalitate intentionis motoris, quia motor principalius intendit motum unius partis quam alterius: et talis est pars, in qua est stella: quæ est perfectior nobilior & uirtuosior parte non stellata. unde & si totus orbis eleuetur super orizontem: tamen motor principalius intendit eleuationem orizontis & dextri super orizonta, quod est pars stellata. Notandum ulterius quod principa- Q
lius quod est in orbe solis, similiter & in alijs, sol est perfectior pars & uirtuosior in mouendo a toto residuo illius orbis, & licet sol cum alijs partibus incipiat moueri super orizonta: tamen motor principalius intendit inceptionem eius si inciperet moueri, & etiam eleuationem eius super orizonta, quia uirtuosior est & perfectior parte non stellata. similiter in omnibus planetarum orbibus pars stellata prius incipit moueri: & sic etiam in firmamento, qđ est aliqua stella

uel

A uel aliquod signum nobilius uel perfectius quod motor principalius intendit mouere, & inceptionem motus eius principaliter, & hoc utrum sit aries uel aliud signum, spectat perscrutatio ad astronomos: sed non est naturalis intentionis. hoc tamen astronomi ponũt signum arietem: quia uirtuosius est & perfectius omnibus partibus non stellatis in mouendo inferiora, cuius motum & inceptionem motus principalius intendit motor: & in illo signo firmamentum inciperet moueri: si inciperet moueri, & hoc intelligendum est modo supra dicto. Com.15. Notandum etiam diligenter secundum Commen. cum Arist. dicit, oriens esse dextrum cœli, intelligit per oriens principium eorum, quæ ascendunt supra primũ orizontis habitabilis, & per occidens intelligit ultimum eorum, quæ descendunt sub ultimo orizontis habitabilis, & hoc totum est cum posuerimus terram naturaliter habitabilem: & non transeatur ad aliam habitationem ab hac. Et notandum, quòd licet in terra habitabili sint diuersæ partes B circuli, quæ dicuntur orizonta, & sol prius eleuatur super orizõtem unius regionis quam alterius, & hoc est propter sphæricitatem & gibbositatem terræ & quando oritur aliquibus existentibus in una regione, adhuc alij plus inferius sunt, quasi sub monte, & sol adhuc non oritur eis: sed postea. & licet una pars non sit habitabilis semper: quoniam illa pars, quæ nunc est habitabilis, postea non erit habitabilis: quia una exiccatur, & alia humescit tota & aquosa propter diuersos aspectus astrorum & coniunctiones, tamen ut Commen. uult, est terminus habitabilis ex parte orientis naturalis ante quem alia pars non est habitabilis. unde ex parte orientis est deuenire ad primam partem habitabilem terræ naturaliter, ante quam alia non est habitabilis propter diuersitatem aliquam astrorum & effectus, quos faciunt ibi mirabiles, similiter ex parte occidentis est ultimus terminus naturalis habitabilis, ultra quem alia non est habi- C tabilis: & hoc propter maria & intolerabiles effectus astrorum ibi. & bene innuit Commentator: qui dicit primum eorum, quæ ascendunt primum super orizonta, idest primam partem habitabilem ex parte orientis: & similiter intelligatur ex parte occidentis. Vult ergo dicere Arist. secundum Commentatorem, quòd in cœlo dextrum est oriens primum eorum quæ ascendunt supra primum orizontis terræ naturaliter habitabilis, & motor illius partis in quocunque orbe sit, ut stellæ in orbibus planetarum inceptionem motus principaliter intendit, & eleuationem super orizontem primo non quo ad unam regionem sed super orizontem terræ naturaliter habitabilis, & ubicunq; illa pars sit ut sol: & alia pars orientalis ubicunque sit, semper est dextra, ut sol siue sit in oriente, siue in occidente semper est pars dextra ut in homine quocunq; uertat se semper dextra pars est dextra. & dicit Commen. quòd istis intellectis soluuntur difficultates, & Commen. subiungit, quòd illud quòd Arist. di- D cit, est simile illi, quod dicit in 8. phisicorum T.c.84. Vnde dicit quòd primum mouens orbem est in maximo circulo, qui mouetur motu uelocissimo, & in æquali tempore maius spatium pertransit quam alij circuli, & non est in maximo circulo circunscriptiue, sed secundum apparitionem effectus, & non includitur in loco positiue: sed eius effectus maxime apparet in illo circulo, & similiter dicit hic, quod primum mouens est in parte illius circuli determinata ut orientali, ita quòd uocat oriens, in quo est mouens primeuitate in- E tentionis: quia principalius intendit illam partem mouere quam alias illius orbis, ergo dextrum in cœlo non diuersificatur, quia ubicunque sol est: tamen est oriens, quia motor eius principalius intendit eleuationem eius super primum orizontis. Tunc Commen. com.15. concludit, quòd Arist. in phisicis docuit maximum circulum, in quo est mouens, hic autem docet partem circuli determinatam, in qua est mouens, quæ est nobilior & perfectior: cuius motum motor principalius intendit. Notandum quòd in corporibus cœlestibus duplex est motus scilicet communis & diurnus, & est primi mobilis, & isto motu participant omnes inferiores orbes, & in illo motu conueniunt omnes sphæræ & planetæ: quia motu illo mouentur omnes sphæræ planetarum in die naturali ab oriente in occidens redeundo in oriens. Alius motus est oppositus aliquali diuersitate, non quòd directe oppositio sit ibi: ut dictum est prius, qui est ab occidẽte in oriens, & est omnium sphærarum inferiorum a primo F mobili & illum diuersi planetæ in diuersis temporibus perficiunt, modo dicit Ari. nos, qui habitamus uersus polum se- T.c.16. ptentrionalem, sumus in loco deorsum, & sinistra parte: & hoc secundum motum primæ sphæræ, quæ incipit motum ab oriente: sed alij, qui sunt ad alium polum sunt in loco sursum & in dextra parte: sed e conuerso est quo ad motum secundum qui incipit ab occidente: qui est motus planetarum, sic habemus esse sursum & in dextra parte, quia totus motus planetarum inciperet ab occidente si inciperet, & dicit Cõ- Com.16. men. quòd hæc consideratio habet locum, quæ pars sit nobilior, utrum septentrionalis uel meridionalis, & dicit, quòd meridionalis, est nobilior secundum motum primæ sphæræ nobiliorem, & est sursum simpliciter. sed alius motus minus nobilis, sicut planetæ minus nobiles sunt quam primum mobile. & sic septentrionalis pars est ignobilior simpliciter. Et subdit Commenta. quòd intellectus hu- G manus non potest apprehendere uerificationem huius propositionis, & debet exponi non potest idest difficulter: tamen simpliciter non est impossibile. Vnde impossibile uno modo accipitur pro difficili, ut patet in metaph.

PER HOC ad rationes. Ad primã. illa pars s.met. T. & c. uerum est a qua incipit motus, uel inciperet, si incipe- c.17. ret. Et cum dicitur. quòd ab oriente & c. dicendum, quòd oriens non est pars quantitatiua, a qua prius tempore incipiat motus: tamen est pars a qua inciperet primus motus, si inciperet. non dico primeuitate temporis: sed intentionis motoris, quia principalius intendit mouere illam partem, quæ est principalior perfectior uirtuosior alijs partibus in mouẽdo. Et sciendum, quod dato quòd motor cœli nõ incipiat mouere, sicut uerum est, tamen non est inconueniens, dicere dextram partem in cœlo, a qua inciperet motus si inciperet. uerbigratia. si esset homo, qui nunquam motus fuisset uel nunquam moueretur, ille nunquam inciperet motum, & H tamen hoc non obstante haberet dextram, a qua parte inciperet moueri si inciperet motum. Ad secundum si pars dextra cœli & c. dicendum quod per partem orientalem duo possumus intelligere, uno modo partem orientalem, quæ eleuatur supra orizonta artificialia. sic non est intelligendum, quod illa sit dextra: quia sic quælibet pars eleuatur supra orizontem & occidit, & sic una & eadem pars esset

I dextra & sinistra. Alio modo intelligitur oriens pro illa parte, quæ primo eleuatur supra primum orizontis terræ naturaliter habitabilis. & hoc primeuitate intentionis motoris, quia sic est dare primum orizontis terræ habitabilis simpliciter: ut dicit Commentator. & sic sol in orbe suo est oriens, quia principalius motor intendit eleuationem eius supra primum orizontis unde determinata pars est oriens: & ubicunque est sol, est oriens & dextrum: sicut dictum fuit de dextra hominis, ita intelligatur de alijs orbibus. Ad tertium: si oriens esset &c. dicendum, quod uerum est, si intelligatur super orizonta artificialiter distincta, & sic quælibet pars esset orientalis, sed sic non intelligitur: sed intelligitur super primum orizonta habitabilis terræ simpliciter quam partem intendit motor eleuare & mouere principalius & licet orizonta artificialia distincta sint secundum regiones: tamen omnia determinata sunt quo ad primum & ultimum terræ habitabilis in natura simpliciter: ut dictum est secundum Commentatorem.

K

Necesse igitur terram esse: hoc enim quiescit medio. Nunc quidem igitur supponatur hoc: posterius autem demonstrabitur de ipso. Text. Comment. 18.

Quæstio. VI.

Cap. 3.



ONSEQVENTER quæritur circa illud capitulum. Quoniam autem non est contrarius motus. Virum ad motum cæli sit terra necessaria, & arguitur quòd non, quia posterius non requiritur ad esse prioris

L prius enim potest absolui a posteriori 9. Metaph. sed terra &

T.c.13 omnia elementa sunt posteriora ad motum cæli, quia cælum

T.c.35. per motum suum est causa omnium inferiorum ex 8. physicorum & 2. de generatione.

T.c.56. OPPOSITVM uult Arist. in prædicto

T.c.17. cap. unde uult, quod terra sit necessaria ad motum: et etiam quod quiescat in medio, ita quòd si motus cæli est perpetuus necessario terra perpetuo quiescit in medio.

DICENDVM est ad quæstionem, quòd ad motum cæli necessaria est terra, ratio est, ad omnem motum localem necessario requiritur quiescēs, respectu cuius mobile per motum suum diuersimode se habeat, ut patet ex libro de causis motuum animalium, quia si hoc non esset, tūc motus localis non esset, sed non inuenitur aliquod corpus

M quiescens preter terram: respectu cuius cælum per motum suum in partibus suis diuersimode se habeat, & hoc patet per inductionem. Vnde patet quòd ignis non est, quia mouetur. similiter aer mouetur. similiter aqua non est, quia nō est in medio simpliciter, ergo relinquitur quòd terra sit: respectu cuius cælū per suū motum appropinquat secundū partes, plus similiter elongatur: ut patet de planetis in signis septentrionalibus & meridionalibus. Notandum,

quòd terram requiri de necessitate propter motum cæli, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod affigatur & appodietur terræ motor cæli in mouendo, & isto modo non requiritur terra ad motum cæli, quia motor cæli est immaterialis substātia, & nulli appodiatur, ut patet ex libro de causis motuum animalium. Secundo modo potest intelligi, quòd terra requiratur ad motum cæli propter diuersificationem cæli, ita quòd cælū respectu cuius per motū suum diuersimode se habeat, ita quòd secundum partes plus appropinquat, uel recedit propter generationem & corruptionem animalium. & sic requiritur de necessitate ad motum, sicut ad motum localem cuiuslibet corporis necessario requiritur quiescens, respectu cuius cælū per motum suum diuersimode se habeat secundum partes. ut dictum est. Ad argumentum. posterius &c. uerum est causaliter non requiritur ad esse prioris: ita quòd posterius sit causa esse prioris, sed bene potest requiri ad esse eius concomitanter & consecutiue. ut risibile posterius est homine: & requiritur tamen risibile ad esse eius: quia homo non est sine risibili: non tamen requiritur causaliter: quia sic esset causa hominis. sic est in proposito quod motus cæli est prior terra, & terra non requiritur ad motum cæli causaliter: sed bene consecutiue: sicut ad motum localem necessario requiritur quiescens, respectu cuius mobile per motum suum diuersimode se habeat. Aliter potest dici. cum dicitur, posterius &c. uerum est, quando prius indifferenter se habet ad opposita, ut materia prima indifferenter se habet ad formas oppositas, ut ad formam humanam & ad formam oppositam; & ideo forma humana posterior materia non requiritur ad esse materiæ. sed quando prius non habet se indifferenter: sed determinate ad unum, tunc posterius requiritur ad esse prioris: ut homo nō habet se indifferenter ad risibile & ad non risibile. similiter ignis non habet se indifferenter ad calidum & frigidum: sed determinate ad calidum, similiter motus cæli non se habet indifferenter ad quiescens & non quiescens: sed determinate ad quiescens. ideo ad esse hominis requiritur risibile & ad esse ignis calidum, ad motum autem cæli requiritur quiescens quod est terra.

N O P

Quoniam autem est dupliciter in circulo moueri: puta ab. a. hunc quidem ad. b. hunc autem ad. g. Quod quidem igitur non sunt contrarii isti: prius dictum est. Text. com. 33.

Quæstio. VII.



ONSEQVENTER quæritur. Verum in cælo debent esse plures motus ad diuersas partes: & arguitur quòd non, Corporis simplicis debet esse unus motus secundum naturam. Q

primo & secundo huius. sed cælum est T.c.8.

corpus simplex: ut uult Cōmen. primo huius. quod sit corpus com.17.

simplex nō habens contrariū manifestū est per Ari. primo T.c.20.

huius. ergo motus eius debet esse unus, & ad unam differētiam positionis. Item si essent plures motus in cælo: uel

essent

A essent diuersi numero, uel specie. per sufficientem diuisionem: sed non secundum speciem, quia secundum speciem est T.c.4. contrarietas: ut patet 4. met. T.c.4. & .10. met. T.c.12 sed motus cœli non habet contrarium nec secundum totum nec 2 T.c.24 & infra. secundum partes: ut probatum est primo huius. Nec sunt diuersi numero, quia motores orbium cœlestium non differunt numero: quia immateriales sunt: & in illis non est pluralitas indiuiduorum numero, ergo cum motores cœli sint immateriales. ideo non procedunt ab eis motus diuersi numero, & hoc saltem quo ad unum orbem.

OPPOSITVM uult Ari. in litera. quia alius est motus ab oriente in occidentem, & econuerso ab com.52. occidente in orientem, Idem uult Commentator. 8. physi. in illo cap. Et iterum considerans. ubi dicit quòd quidam motores corporum cœlestium mouentur per accidens: quando mobilia mouentur pluribus motibus.

B AD QVAESTIONEM dicendũ q. in corpore cœlesti sunt plures motus non directe oppositi: sed diuersi motus, sic intelligendo, q. omnia corpora cœlestia in die naturali mouentur motu diurno ab oriente in occidens: & econuerso. 24. horis: & hoc est motu primi mobilis: sed alij omnes orbes præter primum mouentur: econuerso non directe motu opposito: sed diuerso: quia non sunt super eosdem polos & axem: & illo motu quilibet alter orbis mouetur ab occidente in oriens redeundo in occidens, & hoc in determinato tẽpore nam aliquis in triginta annis ut Saturnus. aliquis in. 12. ut Iuppiter. aliquis in duobus: ut mars. aliquis in uno: ut sol Venus Mercurius. aliquis in mẽ T.c.18.19 & infra. se: ut Luna: ut patet ex astronomia. & hoc Ari. probat in litera quinq; consequẽtijs, primo si motus cœli est, terra est, ista consequentia probata est per questionem præcedẽtem. modo si terra est, necesse est, ignem esse. hoc probat Arist. quia si unum contrariorum in natura est, & reliquum: C quia communicant in materia, quæ est in potentia ad utrunque contrarium, & utrunque contrarium reducitur ad actum aliter potentia esset ociosa. Tunc ulterius. terra & ignis sunt contraria saltem secundum uirtutes. Tunc est tertia consequẽtia, si terra & ignis sunt elementa intermedia sunt, ut aer aqua. & probatur consequẽtia ut prior, quia ista elementa sunt contraria aliqualiter: quia aer terræ contrariatur duplici proprietate, ut patet secundo de generatione. modo si unum contrariorum est in natura & reliquum. Tunc quarta consequẽtia est. si ista quatuor elemẽta sunt, tunc generatio & corruptio est, quia corruptio & generatio est inter contraria, cum sint actiua & passiua: ut T.c.51. patet primo de generatione. Tunc quinta est cõsequẽtia. si generatio & corruptio est: oportet esse plures motus corporum cœlestium: quia ad generationem & corruptionem non sufficit unus motus solus: quia isti sunt diuersi motus, ad quos non sufficit unus motus ad causandum, quia unum D principium secundum unum motum non est natum facere nisi T.c.56. T.c.55. unum effectum. 2. de generatione & .8. phy. ergo relinquuntur diuersi motus corporum cœlestium secundum accessum & recessum secundum quos causant generationem & corruptionem inferiorum. Notandum sicut dicit Cõmen. 2. huius com. 17. & .21. q. corporum cœlestium motus prima intentione non sunt propter generationem & corruptionem inferiorum, quia nobilius non est propter nilius prima intentione, sed corpora cœlestia nobiliora sunt inferioribus, & motus eorum motibus horum inferiorum. unde motores corporum cœlestium prima intentione mouent propter similitudinem ad primum principium conseruandam, quæ est causalitas, sed secundario mouent propter generationem & corruptionem inferiorum, quia aliter non conseruarent causalitatem, nisi mouerent ad generationem & corruptionem. unde dicit Comment 2. huius com. 21. sic. quicquid inuenitur propter se primo mouere secundario inuenitur propter aliud, nisi illic non esset natura innata ad largiendum. E

PER HOC ad rationes. corporis simplicis &c. uerum est secundum naturam propriam & unum motorem, sed secundum diuersas naturas & diuersos motores possunt habere plures motus. Et cum dicitur. cœlum &c. uerum est pro uno orbe, licet totum cœlum non sit omnino unum, ergo quilibet orbis habet unum motum secundum naturam propriam & unum motorem, sicut solis orbis mouetur ab occidente in orientem. 2. huius. sed secundum plures F motores possunt habere pluribus motus & habent motum diurnum secundum naturam communem & motorem primi mobilis. Ad aliud. si in corpore &c. dicendum, q. nõ sunt plures in numero sicut indiuidua eiusdem speciei, sed distinguuntur specie, non dico diuersarum specierum, quæ sunt finales species generis uniuoci, ita q. contineantur sub uno genere uniuoco: sic non differunt specie: quia tunc haberent contrarietatem ueram, qua distinguuntur ab alijs speciebus oppositis, sed differunt specie idest secundum diuersas essentias distinctas, ut indiuidua eiusdem speciei non sunt diuersa secundum essentias, quia conueniunt in una essentia speciei specialissimæ, sed differunt per accidentia. sed si aliqua differunt per essentias diuersas, illa differunt specie circunscriptis etiam omnibus accidentibus, sicut decem prædicamenta differunt specie idest per essentias diuersas, quia differunt T.c.33. G specie & genere: ut patet. 5. meta. & sic motores cœlorum differunt & per consequẽs mobilia, & motus cœlorum: non quod sint species unius generis uniuoci.

De motu autem ipsius, quia regularis est: & non irregularis. Deinceps utique dictis erit pertransire. Tex. com. 35.

Quæstio. VIII.

CONSEQVENTER quæritur circa illud causam. De motu autem ipsius. Vtrum motus cœli debeat esse regularis & uniformis, & arguitur primo quod non, Motus naturalis non T.c.35. uidetur esse regularis, quia dicitur in litera, quod qua mouentur naturaliter, uelocius mouentur circa terminum quo H feruntur idest terminum ad quem, sed talis motus qui est uelocior in fine quam in principio. non est regularis & uniformis, sed motus cœli est naturalis, ut patet primo huius. ubi dicit. omnia enim physica corpora secundum se dicimus moueri secundum locum. Item motus qui est a uoluntate, nõ T.c.5. est regularis quia uoluntas habet se ad opposita, sed motus Com. 36. cœli procedit a uoluntate: quia dicit Commen. 12. meta. &. & c.a.6...

I secundo huius. quòd motores corporum cœlestium de uirtutibus animæ habent duo scilicet uoluntatem & intellectum.

Item motus, qui est aliquando uelocior, aliquando tardior, non potest esse regularis: quia motum esse aliquando tardiorem & quandoque uelociorem repugnat regularitati & uniformitati: sed motus cœli quandoque est tardior, quandoque uelocior: quoniam stellæ erraticæ quandoque uelocius, quandoque tardius mouentur: quia dicuntur aliquando directæ, aliquando retrogadæ, aliquando stationariæ: ut per obseruationes sensibiles astrorum patet. Item ille motus non est regularis & uniformis, cuius mobile resistentiã habet ad motorẽ: quia ex illa resistentia prouenit difformitas motus & irregularitas: ut patet in motu animaliũ, sed motus cœli habet mobile, quod habet resistentiam ad motorem, quia talis resistentia est in omni motu scilicet mobilis ad motorem. aliter motus fieret in non tempore: ut uult Cõmen. 4. phy. Com. 71. Item ille motus est irregularis, qui est causa motuum irregularium, quia quicquid est in causato est in causa cum causatum dependeat a causis in motu, K sed motus cœli est causa inferiorum motuum, qui sunt irregulares, quia quandoque sunt remissiores quandoque ueIociores, quandoque uelocissimi: sed cœlum per suum motum est causa horum motuum: ut patet. 8. physi. & primo huius.

T. c. 75. T. c. 12. T. c. 35. 36. OPPOSITVM uult Arist. in litera. quia demonstrat, quòd motus cœli sit regularis & uniformis, & hoc idem uult Comment, & astronomi supponunt hoc quod quilibet orbis regulariter & uniformiter mouetur circa centrum aliquod, quia in æqualibus temporibus describunt æquales angulos, & arcus æquales circa aliquod centrum.

DICENDVM est quòd secundum intẽtionem Arist. motus cœli est regularis & uniformis, & sunt rationes Arist. tres prima. in omni motu irregulari sunt tria: intensio quia quandoque uelocior est, & remissio idest L quia quandoque erit tardior. uel uirtus in uelocitando uel retardando motum suum cum omnia naturalia determinata sint ad maximum & ad minimum. unde oportet esse istas tres conditiones in motu irregulari, sed in motu cœli non sunt hæc tria: quia non est intensior, non uelocior, nec tardior uno tempore quam alio, nec est uirtus. quia uelocissimus in comparatione ad inferiora uel econuerso, quia in motoribus inferiorum est uelocissimum ut in naturali motu in fine. in proiectis uelocissimum est circa medium. in uiolentis in principio: ut dicitur in litera. Item si irregularitas est in motu cœli, uel est ex parte mobilis, uel motoris, uel utriusque, per sufficientem diuisionem, non ex parte mobilis: quia non est alterius & alterius dispositionis in alio & alio tempore. quia est ingenerabile, & incorruptibile, & inaugmentabile, & inalterabile: & non susceptiuum alicuius mortalis dispositionis. ut patet primo huius. M T. c. 20. & 21. nec ex parte motoris qui multo minus horum erit susceptiuus: quia motor est nobilior moto. cum ergo motum non sit susceptiuum alicuius mortalis difficultatis uel dispositionis talis minus motor erit susceptiuus qui non peioratur nec diuersificatur aliqua diuersitate: sed super eodem modo se habet: cum moueat motu perpetuo & continuo ut patet T. c. 84. 8. physi. nec amborum gratia est irregularis, quia quod Com. 36. non est in partibus, non est in toto. & dicit Comment. N quòd ista ratio fundatur super firmissimas propositiones. quia uelocitas motus est ex proportione motoris ad mobile: & alia uelocitas ex alia & alia proportione motoris ad mobile. & addit Commen. quòd si animal non mouetur tanta uelocitate, quanta conuenit moueri, hoc prouenit ex diuersitate mobilis & motoris. quia non uidetur moueri toto instrumento: sed tantum quadam parte instrumenti. unde si uteretur toto instrumento ut calore naturali, contingeret uelocissime moueri, quoniam alia est uirtus partis, et alia totius, modo motus cœli non est per tale instrumentum et per calorem & spiritus, quia non est diuersitas aliqua in ipso neque potest diuidi, cum non sit susceptiuum mortalis difficultatis.


Item tertio si motus cœli esset irregularis. hoc esset uno istorum modorum: aut quod in uno tempore infinito intenderetur semper & in alio tempore infinito remitteretur semper. uel in toto tempore infinito intenderetur: uel in toto tẽpore infinito remitteretur: uel uicissitudinaliter. ita quod iã O intenderetur, & postea remitteretur, & sic semper. & patet per sufficientem diuisionem: quia pluribus modis motus irregularis non potest imaginari: sed nullo istorum modorum motus cœli irregularis est, quia non dicitur, quòd in uno tempore infinito intendatur, & in alio remittatur. quia remissio est propter impotentiam. Sed illa impotentia, & defectus, & omnis uilitas est preter naturam, & illud non potest esse in infinito tempore, quia non potest esse cum eo quod est secundum naturam in æquali tempore, non potest dici q motus cœli semper uelocitetur. hoc probat Arist. quia est dare tempus minimum, in quo minori non potest moueri. modo T. c. 39. non esset dare minimum tempus, si motus semper per infinitũ intenderetur tempus. ergo non semper uelocitatur: quia cuiuslibet operationis naturalis est dare minimum tempus, P in cuius minori non potest operari uirtus, ut minimum tempus cithari zationis, in cuius minori non potest fieri. & dicit Commen. quòd sequeretur quòd motor primus esset infinitæ actionis in qualitate & uigore: quod secundum eum in Com. 39. conueniens est, sed tamen utrum hoc sit possibile, fiet specialis questio. Similiter non potest semper per tempus infinitum remitti, cum remissio sit defectus. ut dicitur secundo huius. Relinquitur tertium, quòd uicissitudinaliter: ita quòd T. c. 37. tam intẽdatur, & postea remittatur. et sic semper uicissim. & hoc dicit Arist. simile esse fictioni. & contra sensum. T. c. 40. quia non potest demonstrari per ea quæ apparent ad sensum. Similiter est contra rationem. quia non potest manifestari per rationem concordantem sensibus: & tamen hoc nõ lateret in his. quia opposita iuxta se posita fiũt sensibiliora. modo si hoc fieret in stellis iuxta se positis, q motus unius intenderetur iam & alterius remitteretur. & hoc patet manifestum: & Commen. confirmat, quòd aliquod mobile ui Com. 40. cissitudinaliter diuersetur in motu hoc non prouenit nisi ex diuersitate desiderij. ut patet in animali quod est hoc. quòd Q aliquando debilius, aliquando fortius mouetur, secundum q aliquando desideret fortius, aliquando minus: sed diuersitas non est nisi ex parte continẽtis extrinseci ut cœli uel aeris. ut patet in animalibus hic: quoniam aliquando plus intenditur per desiderium: quia calefiunt a motu cœli uel aere. sed corpus cœleste, nec motor eius est in continente, ex cuius diuersitate diuersificetur desiderium mouentis, ex his omnibus concluditur motum cœli esse regularem & uniformem.

Per hoc

A PER HOC ad rationes. Motus &c. dicendum, quòd motus est naturalis a materia & forma, quia utraque dicitur natura. modo natura dicitur æquiuoce uel analogice. de natura inferiorum & cœli. quia materia in inferioribus est in potentia ad esse & ad oppositam formam. quia habet contrarium formæ in materia, & forma dicitur hic materialis & constituta per subiectum: sed forma in cœlo dicitur immaterialis, & non constituta per subiectum: & si est materia ibi, non est in potentia ad esse: sed est subiectum simplex, quod est in potentia unde & quo idest quo ad terminos transmutationis. modo motus qui est naturalis a forma, quæ est in materia, quæ est in potentia ad esse, & ad formam oppositam, non est regularis & de illo loquitur: sed motus qui est naturalis & fit a forma in materia quæ non est in potentia ad esse: sed unde & quo, ille bene est regularis. Ad secundum motus, qui est &c. conceditur. si est a uoluntate transmutabili, cuius actus dependet a
B cognitione generabili & corruptibili, ut est in hominibus, quia illius cognitio dependet ex phantasmate generabili &
Com. 5. corruptibili: secundum Commen. tertio de anima. intellectiones nostræ sunt colligatæ cum phantasmate generabili & corruptibili. ergo corrumpitur intelligere nostrum: sed si motus dependet a uoluntate non mutabili, ut motus cœli dependet a uoluntate dei, quæ non est transmutabilis: quia non est per cognitionem generabilem & corruptibilem sicut in nobis, ubi dependet uoluntas a cognitione noua: quia uoluntas diuertitur a continuitate. unde dixerunt antiqui, quòd uoluntas augetur ad presens in hominibus &c. ut patet se
T.c.150. cundo de anima. sed uoluntas dei non dependet a cognitione noua, quia semper habet se eodem modo uolens: & ideo sunt in deo essentialiter idem uolibile & uoluntas, intelligens & intellectum, ut dictum est per Commen. prius. unde mo
C tor primus & uoluntas eius est intransmutabilis & per se
T.c.85. & per accidens. 8. physi. Ad tertium motus, qui est aliquando &c. uerum est, si in rei ueritate est ista diuersitas: sed si secundum apparentiam non oportet. Et cum dicitur. de motu planetarum. dicendum, quòd secundum ueritatem semper regulariter mouentur in suis orbibus, & non uno tẽpore uelocius quam alio. licet hoc appareat nobis: & utrum hæc apparentia diuersitatis sit secundum epiciclos & ecentricos, pertinet ad astronomos, quia uolunt, quòd hæc apparentia saluetur per motum in epiciclo. uel propter ecentricum: sed tantum sufficit, quòd sciamus, quòd ista diuersitas non est nisi secundum apparentiam diuersitatis motuum planetarum diuersis orbibus. Ad quartum. ille motus &c. dicendum, quòd in motu mobile resistere motori intelligitur dupliciter, uno modo, quod mobile non habeat naturalem inclinationem ad illum motum quo motor intendit mouere ipsum ut corpus animalis naturaliter mouetur deorsum, qui
D motus est oppositus motui, quo mouet anima, quia mouere potest sursum uel ad latus, & ubi est talis resistentia in motu motus est irregularis, & talis resistentia non est in cœlo, cum neque sit graue neque leue. Alio modo potest intelligi, quod mobile resistat motori, secundum diuersitatem potentiæ ad actum. quia mobile est in potentia tale, qualis est motor in actu, & ista resistentia necessaria est in omni motu, & ex tali resistentia non prouenit irregularitas motus: & sic cœlum resistit motori. quia existens in aliquo ubi est in potentia ad aliud ubi, quo motor intendit ipsum mouere. E

Ad quintum dicendum, negando quod omnem irregularitatem necesse sit adducere ad regularitatem, aliter procederetur in infinitum. Et cum dicitur. quicquid est in causato &c. uerum est, quæ pertinent ad perfectionem causæ agentis: sed quæ pertinent ad imperfectionem non oportet. Et cum dicitur. irregularitas &c. dicendum, quòd ista non pertinet ad perfectionem rerum, sed ad uilitatem & orbitatem. ergo non oportet, quòd sit in cœlo. Vel dicendum est, quicquid est in causato &c. dicendum, quòd id quod formaliter est in causato, uerum est quòd sit in causa per uirtutẽ. Et cum dicitur &c. dicendum, quòd omnis motus inferiorũ dependet a motu cœli exceptis duobus scilicet intellectu & uoluntate, quæ in actibus suis non necessitantur per motum cœli, sed aliqualiter inclinantur, unde in eis remanet libertas. & cum dicitur. quòd irregularitas &c. dicẽdum, quòd sufficit quòd causaliter & uirtute sit in eis, sed non oportet quòd formaliter: quia formæ omnes sunt in terminis secun- F
do de generatione, T.c.50.

¶Calor autem ab ipsis & lumen generatur, attrito aere ab illorum latione. Natus est enim motus, ignire & ligna & lapides & ferrum. Rationabilius igitur est id quod est propinquius igni: propinquius autem, aer: uelut & in latis sagittis. Hæ ipsæ enim igniuntur sic: ut liquescant plumbeæ. Et quoniam igniuntur istæ: necesse & eum, qui in circuitu ipsarum aerem hoc ipsum pati. Tex. com. 42. Quæstio. IX. G



ONSEQVENTER quæritur circa illud capitulum. De uocatis autem astris. Vtrũ motus localis habeat calefacere. Et arguitur quòd non unumquodque ens generatur a suo simili. ut patet. 7. meta. nam unũ T.c.28. & 31.
quodque fit a conuenienti sibi in specie, & dicit Commen. tertio Com. 17. & 18.
de anima: quòd nihil reducitur de potentia ad actum nisi ab aliquo suæ speciei: sed caliditas non est eiusdem speciei cum motu locali. sicut nec eiusdem speciei est cum ubi, ad quod fit motus localis. Item quod generat aliquid, debet esse perfectum: quia generare est actus perfecti. ut patet secundo de anima: sed motus localis non est perfectus: quia est actus en- T.c.34.
tis in potentia secundum quod alij motus: ut patet tertio H
physicorum. Item si motus esset causa caliditatis, tunc T.c.6.
quod uelocius moueretur esset magis causa caliditatis: sed hoc est falsum: quia graue uelocissime mouetur circa medium, & tamen non magis calefacit: quia ibi est perpetua frigiditas: quia ibi terra simpliciter est frigida. consequentia patet: Item sicut simpliciter ad simpliciter, sic magis ad magis, & maxime ad maxima. 3. Top. cap. 4. ergo si quod

I mouetur, calefit, quod magis mouetur calefit magis: et quod
uelocisſime mouetur, maxime eſt cauſa caliditatis: tunc
fluens aqua eſſet calidior ſtante, ſed hoc eſt falſum: quia
aqua fluuiorum non eſt calidior aqua ſtagnāte, ut patet ad
ſenſum. conſequentia patet: quia fluuij magis mouentur, quã
aqua ſtans. Item nos uidemus aquam calidam motam mul
tum infrigidari magis quam ſi permitteretur quieſcere &
in uaſe: & hoc non eſſet, ſi motus calefaceret: quia tūc plus
calefieret. Item unum & idem in ſpecie non generatur
a diuerſis in ſpecie, quia ſicut ab uno agente naturali non
T.c.8. fiunt diuerſi effectus in ſpecie. ex 8. phyſicorum: quia quæ=
dam mouent ſingulariter id eſt producunt unum effectum:
T.c.51. etiam ſecundo de generatione. Idem in quantum idem non
eſt natum facere niſi idem. Sic econuerſo unus effectus in
ſpecie non fit a diuerſis agentibus in ſpecie, ſed caliditas cau
ſatur a lumine, & motu, & calore, quæ differunt ſpecie
ideo &c.

OPPOSITVM uult Ariſt. in hoc capi=
T.c.42. K tulo. Vbi uult, quòd corpora cœleſtia per ſuos motus calefa
ciunt: qui dicit, quòd calor & lumen ab ipſis generatur, &
Cap.4. hoc idem uult in primo metheo. ubi dicit: uidemus ita motū,
quòd poteſt diſgregare aerem & ignem, ut etiam lata li=
Cap.4. quefacta uideantur ſæpe. Item dicit ibidem: lato autem
primo elemento circulariter: & corporibus, quæ ſub ipſo,
propinquius ſemper inferioris mundi, & corporis motu diſ
gregatum accenditur & facit caliditatem: & hoc etiam pa
tet ad ſenſum, quòd homo ſi mouetur calefit, & non calefie=
ret, ſi quieſceret.

NOTANDVM, quòd non uidetur eſſe
dubium de concluſione in ſe quin motus localis appropinqua
tus ſufficienter calefactibili & ſufficienti uelocitate calefa=
ciat, ſed de modo, ſecundum quem calefacit eſt diuerſitas.
Aliqui dicunt, quòd motus calefacit: quia moueri, eſt pro=
L prium calidi. ergo motus calefacit. & attribuunt expoſito=
res in iſto ſecundo & etiam in primo metheo. iſtam opinio=
nem Commentatori: ſed iſta opinio non ualet. primo pro=
pter hoc quòd moueri non eſt proprium calidi: quia ſi eſſet ſi
bi proprium nihil moueretur niſi calidum, ſed hoc eſt fal=
ſum: quia multa uidentur moueri ut corpora cœleſtia, quæ
non ſunt formaliter calida: terra quoque & aqua mouētur,
quæ ſunt elementa frigida. Secundo non ualet: quia dato,
quòd moueri ſit proprium calidi: non tamen uidetur inten
tum, quia proprium eſt poſterius eo, cuius eſt proprium, ſed
poſterius non eſt cauſa prioris agens, quæ requiritur hic.
Sed qui iſtam opinionem attribuunt Commentatori, peccant
contra bonos mores: quia ipſe Commen. non hoc dicere inue
nitur: ſi omnia commenta eius inſpiciantur: modo mendaciū
eſt prauum, & per ſe fugiendum: ut patet quarto ethicorū
M cap.14. Alia eſt opinio, quòd motus localis calefacit: quia
T.c.16. primum eſt cauſa in unoquodque genere aliorum. 5. meta=
T.c.55. phy. ſed motus cœli eſt primus motuum. ut patet 8. phyſico.
Iſta opinio non ualet: quia ſi hoc eſſet, non eſſet magis cauſa
caliditatis quam frigiditatis, quia frigefactio eſt motus, ſi=
cut calefactio. ideo non ualet. Item ſi motus localis in eo
quòd primus calefaceret, tunc motus poſteriores non calefa
cerent, ſed hoc eſt falſum, quoniam motus uiolentus, ſi ue=
lox ſit, calefacit. ut patet in ſagittis, ubi plumbū calefit. Aly
autem dicunt, quòd motus calefacit per accidens & non
per ſe, & hoc dupliciter. uno modo ratione ſubiecti quod N
mouetur: quando enim ſubiectum mouetur, tunc appropin=
quatum calefactibili, tangit ipſum frequenter & ſecundum
plures partes, & minores: & poteſt formari ſyllogiſmus.
Illud per quod corpus habens uirtutem calefaciendi tangit
calefactibile frequentius, & ſecundum plures & minores
partes, eſt cauſa per accidens caliditatis: quia propter con=
tactum illum frequentem, & ſecundum partes minores &
plures cauſatur caliditas: ſed mobile per motum eſt huiuſmo
di ut patet: & iſti dicunt, quòd hoc modo intellexit Ari. in
litera. in ſecundo huius: ubi dicit, quòd calor & lumen gene
ratur ab ipſis attrito aere & ab illorum latione: quia di=
cunt, quòd per attritionem non intelligit diuiſionem aeris
in materia: ſicut ſi lapis diuiditur in duas partes, nec intelli
git per attritionem pulſionem uiolentam, quia per corpo=
ra cœleſtia nihil uiolentatur. ergo per attritionem intelli= O
git contactum ſecundum plures & minores partes calefa=
ctibiles. Secundo modo hoc fit uirtute medij, in quo mouetur:
quia contingit, quando ſubiectum mouetur per aerem, &
medium habet caliditatem ſopitam quòd unitur aer in par=
tibus, & in partibus unitis fortificatur caliditas: quoniam
omnis uirtus unita fortior eſt ſeipſa diſperſa, ut patet in li=
bro de cauſis Lec.17. & quarto metheororum in fine primi
capitis. & tunc uirtus fortificatur: quia quando mouetur
aer per ſagittam ſecundum eos, unitur ſecundum compreſ=
ſionem: & tunc medium debilis caloris uel habens poten=
tiam calefaciendi ſurgit in actum calefaciendi ut dicunt. Ex
hoc poſſet formari ſillogiſmus. Illud eſt cauſa caliditatis per
accidens, per quod corpus & medium habens calorem re=
miſſum unitur: ſed per motum localem aer unitur ut dictum P
eſt. ex hoc ipſi concludunt corolarie: quòd ſi aliquod moue=
tur per medium non habens caliditatem, nec ſopitam, nec po
tentem ut terra & aqua non calefacit, ita quòd nec quod
mouetur eſt calidum, nec medium. Sed licet iſta opinio ſit
probabilis, non tamen eſt uera: quia difficultas primo eſt: nã
de illis, quæ pure ſunt per accidens, non intromittit ſe ſcien=
tia: primo poſte. in illo capitulo. Si igitur demonſtratiua ſciē
tia. ſed quòd motus calefacit, tractatur ab Ariſto. in multis
locis ſcilicet primo metheo. & ſecundo huius. Præterea.
Omne agēs per accidens eſt altero trium modorum, uel eſt
agens caſuale: uel eſt agens remouens prohibens, uel eſt a=
gens coniunctum cauſæ per ſe, ſicut album domificat: quia
coniungitur domificatori: & hoc patet per ſufficientem diui
ſionem: ſed non poteſt eſſe cauſa per accidens caſualis, quia
iſta cauſa eſt in paucioribus, ſic motus in paucioribus calefa
ceret. ſed hoc eſt falſum: quia motus localis appropinquatus
calefactibili in ſufficienti uelocitate ſemper calefacit uel fre
quenter. Item caſus & fortuna non tractantur per ſe in
ſcientia. Sed motum calefacere tractatur in ſcientia, ut præ
dictum eſt. Nec etiam poteſt eſſe agens remouēs: quia ſi hoc
eſſet, tunc oporteret eſſe aliquam cauſam propinquam cali= Q
ditatis: ut aperiens feneſtram eſt remouens prohibens, &
eſt cauſa illuminationis: & eſt cauſa alia propinqua ut cor=
pus luminoſum, ſed quòd motus calefacit, quando ſagitta
trahitur per arcum, non eſt alia cauſa propinqua caliditą=
tis: nec ipſi aſſignant aliam cauſam. Nec poteſt dici tertio
modo, quod ſit agens per accidens coniunctum in eodem ſu=
biecto cauſæ per ſe: quia non eſt dare illam cauſam per ſe

A caliditatis cui coniungatur motus, etiam si daretur licentia fingendi, non posset fingere. Dicendum est ergo aliter, quòd motus calefacit & hoc non indiget probatione: quia patet ad sensum si ferrum & lignum confricentur, & moueantur tunc ille motus in calefactibili generat caliditatem: & hoc si appropinquatum fuerit mobile illud calefactibili: & hoc est sensibile: atque hoc uult Arist. in loco prædicto: secundo cœli T.c. 42. & præallegato primo metheo. cap. 4.

Secundo dicendum, quòd motus uelox sufficienti uelocitate per se calefacit, quando sufficienter appropinquatus est calefactibili. Cuius ratio est: quia motus uelox sufficienti uelocitate & debita appropinquatione calefacit secundũ oẽs: uel ergo per se uel per accidens: per sufficientem diuisionẽ: ex primo poste. parte illa si igitur deõmstratiua &c. sed nõ calefacit per accidens ut probatum est ergo per se & in secundo modo per se. Et sciendum, quòd licet motus per se calefaciat: quia non pure secundum accidens: non tamen calefacit nisi sufficienti uelocitate. unde tarde motum non calefit.

B Quare uelocitas motus est dispositio ad calefaciendum, sicut grauitas est dispositio ad motum deorsum: non tamen quocunque loco grauitas est dispositio ad motum deorsum: sed sub esse extra locum. ut dicit Commen. quia quando graue est in proprio loco: tunc grauitas non disponit ad motum. Sic uelocitas motus est dispositio ad calefaciendum inquantum est sufficiens & appropinquatio debita ad calefactibile: & sic motus calefacit: & est in secundo modo per se. Et notandũ, quòd motus secundum quòd motus calefacit secundum Arist. idque est per rarefactionem corporis: quia quando uelociter mouetur calefactibile, rarefit, & rarefactio est dispositio ad caliditatem. Vnde dicit: lato primo elemẽto circulariter &c. & Commen. assignat modum secundum quẽ motus calefacit, & supponit ut manifestum est: quòd motus sufficienti uelocitate & appropinquatione calefacit in materia, quia motus localis est prima perfectio corporis mobilis. Vnde sicut Arist. dicit, est sicut uita eorum quæ natura subsistunt: quia sicut dicit Commen. ignis quando non mouetur extinguitur: cum ergo motus localis sit prima perfectio corporis siue mobilis. ergo quando res mouentur, sunt in prima perfectione: quando ergo est prima perfectio debent esse omnia accidentia consequentia primam perfectionem, quorum accidentium unum est calor propter motum: & quando res mouetur, habet caliditatem: si non prohibeat aliquid, unde iste motus est causans caliditatem sicut rationalitas causa est risibilitatis quia est forma hominis. unde cum sunt perfectiones primæ sunt omnes posteriores consequentes eas naturaliter.

8 physic. T.c.1. C

PER HOC ad rationes. unumquodq; &c. uerum est in subiectis non tamen accidentibus: quia albedo aliquando causatur ex caliditate ut in incineratis. aliquando ex frigiditate ut in niue. ut dicit Commen. in tractatu suo

D de sensu. unde sic est hic. caliditas põt causari a motu, qui nõ est calidus formaliter in specie: tamen uirtute. unde sicut nõ fit impossibile fieri, sic non facit impossibile facere. Ad secundum quod generat aliquid &c. uerum est quod debet esse perfectum perfectione sufficienti ad hoc: sed non oportet quòd sit simpliciter perfectum. Et cum dicitur. motus localis &c. dicendum, quod est perfectus perfectione, quæ sufficit ad causandum caliditatem: sed non oportet, quòd sit perfectus respectu termini ad quem, quia est actus entis imperfecti: sed tamen alio modo est perfectus.

E Ad tertium si motus &c. uerum est quantum est de se: tunc omnis calefacit: sed potest impediri per extrinsecum: sicut graue per motum descensus debet calefacere: sed impediri potest uirtute frigiditatis, quæ magis obtinet infrigidãdo. unde causa naturalis aliquando impeditur per extrinsecum in producendo effectum. Ad quartum quòd aqua fluens &c. uerum est inquantum de per se motus, tunc fluens aqua calidior debet esse, sed per accidens impeditur: quia per motum segregantur corpora calida ut uapores ab aqua, qui per sui præsentiam fuerunt causa caliditatis. Ad quintum de aqua calida. dicendum, quòd quantum est de per se motus, tunc fit calidior: sed per accidens impeditur ut dictum est: quia per motum segregantur corpora calida, quæ sunt causa caliditatis: quia aqua pura non est calida, sed est calida inquantum ei permiscentur uapores calidi. ut dicit Commen. secundo de anima. Com. 119. Ad sextum. unus effectus &c. conceditur

F in substantiis ut homo non est ab asino & ab homine, sed in accidentibus possibile est: ut dictum est de albedine sic est hic: quia calor, & lumen, & motus diuersæ sunt species, tamen caliditas causatur ab his diuersimode, ut uidebitur etiam postea.

Quæstio. X.

CONSEQVENTER quæritur. Vtrum lumen generet caliditatem. Arguitur quòd non. unumquodque generatur a sibi simili. 7. metaph. sed lumen non est simile cum caliditate: quia nõ sunt eiusdẽ naturæ. T.c. 28. & 31. Itẽ si hoc esset, tunc mõtes essent calidiores uallibus, sed hoc est falsum, quia patet ad sensum quòd caliditas est maior in uallibus quam in montibus: consequentia patet: quia montes propinquiores sunt corporibus cœlestibus quam ualles. Item illud, quod est spiritualiter in medio, non calefacit: quia causa est perfectioris entitatis quam effectus, sed quod spirituale est, non est perfectioris

G entitatis quàm effectus realis, sed lumen est in medio spiritualiter: quia sensibile positum supra sensum secundum esse reale, nullum facit sensum secundo de anima. T.c. 98. Item unum agens naturale non est causa diuersorum effectuum secundum speciem. ut patet octauo phys. T.c. 8. ubi dicitur quod quædam mouentia mouent singulariter idest producunt singulariter unum effectum secundum speciem: & ibi dicit Cõmen. quòd agens naturale non producit nisi unum effectum secundum speciem: sed lumen & calor sunt diuersarum specierum. ideo &c. Item si lumen calefaceret, tunc omnia corpora cœlestia calefacerent. sed hoc est falsum quia astronomi dicunt, quòd quædam astra infrigidant ut orbis saturni. consequentia patet: non omnia corpora cœlestia luminosa sunt: sed præcipue stellæ.

Oppositum uult Arist. & Commen. quia uolunt, quòd in inferioribus causatur calor a lumine corporum cœlestiũ & a motu.

H SCIENDVM est de quæstione, quòd lumen calefaciat non est dubium: sed de modo, secundum quem calefacit est diuersitas. Vna est opinio multis satis, quod lumen calefacit isto modo, quod radii corporum cœlestium trãseunt per sphæram ignis, & incorporant sibi caliditatem, quam defferunt usque ad nos. Sed ista opinio est falsa, quia

I imaginatur, quòd radij solares procedunt tanquam corpora, quia aliter non incorporarent sibi calorem: quia incorporare est proprium corporis, sed radij solis non sunt corpus: quia tunc duo corpora essent in eodem loco, quod est impossi-
T.c.53. bile ex quarto physicorum. Alia est opinio, quòd lumen est causa caliditatis per accidens: quia omne agens, quod agit uirtute alterius est agens per accidens: ut instrumentum, quod non agit nisi uirtute principalis agentis: sed lumen est instrumentum corporis cœlestis. Ista opinio non ualet: quia agens per accidens, quod pure est distinctum contra per se: aut est casuale: aut remouens prohibens, aut illud agens coniunctum in eodem subiecto causæ per se per sufficientem diuisionem: sed lumen non est primo modo agens casuale, quia casus producit effectum ut in paucioribus. Sed lumen frequēter calefacit, nec est remouēs prohibens: quia lumen nō remouet aliquid a calefactibili, quod enim remoueat non potest assignari, nec est causa coniuncta causæ per se in eodem subiecto, quia non inuenitur alia quando lumen calefacit
K quàm ipsum lumen, unde etiam in speculis exurientibus lumen generat caliditatem, & non est ibi assignare aliam causam caliditatis quàm lumen, etiam si daretur licentia fingendi. Dicendum est ad quæstionem, quòd lumen est calefactiuum. Secundo dicendum, quòd lumen per se calefacit, ut per se distinguitur contra pure per accidens. De primo non est dubium: quia patet per experientiam sensibilem: quia loca illuminata sunt calidiora locis umbrosis: etiam dies cali-
2.cœli. com. 42. diores sunt noctibus, & hoc per lumen est. Vnde Comment. dicit: si locus umbrosus est ubi lumen non est, & sibi appropinquat aliquod corpus politum & tersum, tunc causat caliditatem: quia in ipso refrangitur lumen. Vnde etiam si lumen non calefaceret, tunc periret scientia de speculis urentibus: ut dicit Albertus primo metheo. illa enim scientia supponit, quòd lumen refractum causat calorem. Ratio secundi est lumen est calefactiuum uel per se uel per accidens per
L sufficientem diuisionem: ex primo poste. sed probatum est, q. lumen non calefacit per accidēs. ergo relinquitur quòd per se calefaciat. Et modus, secundum quem calefacit lumen se-
2.cœli.42. cundum Commen. est, quia lumen est prima perfectio corporis luminosi ut ignei quod natum est calefacere, modo cum corpus luminosum illuminatum est, in ultima perfectione est: at unumquodque cum est in summa perfectione, debet habere omnia accidentia propria, quæ requiruntur ad ultimā perfectionem. unde sicut est de motu, qui est uita animaliū, quòd est prima perfectio mobilis. ergo habet caliditatem. Sic est de lumine, quod est prima perfectio luminosi: ergo cum lumen est in corpore, habet omnia accidentia consequentia lumen, quorum accidentium unum est caliditas, ergo caliditas est in corpore luminoso secundum aliquem gradum, ut accidentia inferiorum. Sciendum, quòd licet lumen per
M se habeat calefacere: non tamen hoc est nisi refractum. unde caliditas maxima causatur in angulis refractionis, uel propinquis ubi radius coincidens & reflexus uniuntur maxime. unde ex hoc apparet quòd & si lumen transeat per medium interstitium aeris, tamen non est ibi caliditas: sed æterna frigiditas: quoniam ibi non est refractio, nec locus propinquus refractionis angulis.

PER HOC ad rationes. unumquodq; &c. dicendum si intelligatur simile idest in specie tunc ueritatem habet in substantijs perfectis, quæ generantur ex semine: N
sed in accidentibus non oportet a simili in specie. immoto etiam nec in genere, quia motus causatur a motore: & tamen non conueniunt in genere. unde non oportet agens dispositione effectus secundum Commen. in de substātia orbis. & similiter quæ generantur ex putrefactione nō oportet conuenire in specie cum generante. ut patet 12. met. com. 18. Ad secundum de montibus dicendum: quòd non sequitur. tu probas: quia montes &c. dicendum quòd cætera non sunt paria: quia in uallibus, ad quas lumen peruenit, est maior refractio: quia in angulis refractionis radius incidēs & reflexus magis uniūtur, & uirtus unita est fortior seipsa dispersa. unde si lumen est in superficie montis non ita fortis fit refractio & unio radiorum sicut in uallibus & ideo quanquam uerum sit quòd lumen & ad montes & ad ualles proueniat, non tamen in eis æqualis adinuenietur caliditas, quia cætera non sunt paria. Similiter & in montibus sunt uenti, qui impediunt caliditatem. Ad tertium illud, quod est spiritualiter &c. negatur. Et cum dicitur. causa debet esse &c. uerum est per se: & cum dicitur. lumen O
&c. dicendum, quòd lumen comparatum ad idem potest esse imperfectius quam sit illud, ut respectu realis corporis luminosi, tamen ad diuersa potest esse perfectius quam sit aliquod reale: ut si lumen comparatur ad caliditatem, quam facit in medio: tunc est perfectius ea: sed absolute ens spirituale habet esse imperfectius quam reale, sicut etiam species albedinis in medio non est perfectior quam albedo, tamen potest respectu alterius ut sensationis. Et cū dicitur. effectus realis &c. debet esse a causa reali. nō oportet: quia motus localis est realis, et prouenit a spūali ut spē appetibili, unde quēadmodū intentio & spirituale nō est causa eius: cuius est intētio ut species albedinis non est causa albedinis sed alterius: sic lumen in medio non est causa luminis in corpore luminoso: sed est causa alterius quod est reale ut caliditatis, & illa est nobilius & perfectius lumen in medio. Ad quartum. P
unum agens &c. uerum est quòd non est causa diuersorum effectuum contrariorum: sed bene potest esse causa diuersorum, quæ non sunt contraria sed disperata. modo sic est hic. lumen & calidum sunt disperata. unde quamuis lumen te illuminet non obstante hoc calefacit. Aliter respondetur. unum agens &c. conceditur. eodem modo, quo est unum: sed alio modo bene potest esse diuersorum causa. modo sic est hic, quòd lumen uno modo illuminat & calefacit alio modo: quia illuminat per se sed est causa caliditatis cum alio ut inquantum refrangitur. unde ad lumen non sequitur refractio, quæ est dispositio requisita ad calefactionē. Ad quintum. si lumen &c. Commentator concedit illud in secundo Com.42.
huius: quia uult, quòd nullum corpus cœleste infrigidat simpliciter: sed omnia calefaciunt. Sed aliquod frigefacit idest minus calefacit secundum quòd habet caliditatem remissam. Vnde dicit quod aliquod corpus cœleste frigefaciat hoc est Q
extra fundamenta. ista solutio est difficilis ut recipiatur hic. Ergo aliter dicendum, quòd si lumen &c. uerum est quantum est ex parte luminis, sed per aliam uirtutem, quæ non est lumen, ut per uirtutem frigefaciendi, potest frigefacere: sed quæ sit illa uirtus uidebitur postea in alia quæstione specialiter &c.

Et hæc

A ¶Et hæc maxime, cui sol extat infixtus: propter quæ approximante ipso, & oriente, & super nos existente generatur calor. Quod quidem igitur neque ignea sunt: neque in igne feruntur: tantum nobis dictum sit de ipsis. Tex.com.42.

Quæstio XI.



ONSEQVENTER quæritur. Vtrum sol habeat calefacere inferiora. Arguitur quòd non. quia si sol haberet calefacere inferiora, uel hoc esset mediate uel immediate: per sufficientem diuisionem: quia omne agens uel est propinquum uel remotum: sed sol neutro modo calefa-

B cit inferiora. non mediate: quia tunc calefaceret medios orbes, qui sunt intermedij: ut ueneris, Mercurij, lunæ: quia corpus remotum mediatum non calefacit extremum nisi mediantibus alijs, quæ prius transmutat. Sed orbes intermedij

T.c.21. non calefiunt: quia sunt inalterabiles. ex primo huius. nec immediate calefacit inferiora, quoniam multi orbes sunt in medio. Item si sol calefaceret, uel hoc esset per lumen, uel per caliditatem in ipso: per sufficientem diuisionem: sed nec sic nec sic. nõ per caliditatem: quia corpora cœlestia nõ sunt calida uel frigida: cum sint inalterabilia. ut patet primo

T.c.21. huius. Nec per lumen: quoniam tunc omnia corpora cœlestia calefacerent: quia sunt corpora luminosa: sed hoc est falsum: quia aliqua frigefaciunt ut saturnus. Item si sol calefaceret inferiora tunc tangeret ea: quia uirtus in corpore

Com.74. non agit nisi per contactum. ut dicit Comen. secundo de anima. capitulo de uisibili: sed sol est corpus. ideo uirtus eius erit uirtus in corpore, sed sol non tangit inferiora cum multi orbes sint intermedij.

C OPPOSITVM patet per iudicium sensus, quia uidemus sensibiliter, quòd sole appropinquante ad zenit capitis nostri, maior est caliditas quam quum recedit. Hoc etiam patet auctoritate Arist. primo metheo. quia sphæra, in qua sol est infixus maxime calefacit, quia est maxime propinqua nobis & uelocissime mouetur. & idem uult Cõ.

Com.42. in isto secundo & etiam expositores.

SCIENDVM quòd solem calefacere, potest intelligi dupliciter. uno modo singulariter & diuisim sine alijs partibus, quæ sunt a concauo lunæ usque ad conuexum ultimæ sphæræ. Alio modo potest intelligi, quòd sol calefacit pro tãto: quia uniuersum cœlũ, in cuius profundo est sol, habet principaliter calefacere uirtute solis. Secundo

D notandum, quòd corpus non agit in corpus solum per uirtutem existentem in superficie: sed per uirtutem existentem in

Com.42. tota sui profunditate, & extensam secundum extensionem profunditatis: & hoc declarat Commen duobus signis. primum est, quòd duo corpora æque calida: quorum unum est profundius altero, & sint æqualia quo ad superficiem extremam ut ambo sint pedalis quantitatis: tunc cæteris paribus, quod est spissius fortius agit, & hoc per uirtutem,

E quæ est fortior gratia profunditatis, quod non est, nisi quoniam corpus non agit solum per uirtutem, quæ est in superficie: sed etiam per existentem in profundo. Secundum signum, si duo sint corpora æqualis quantitatis in superficie & profunditate, & unum sit densius alio, si æque calida sunt, cæteris paribus densius fortius calefacit, ut ferrum plus calefacit quam lignum: quia in profundo habet fortiorem densitatem, quia plus compactum & hoc est fortius quam diuisum, quia uirtus unita fortior est seipsa dispersa quarto metheororum com.12. & ex libro de causis Lec.17.

Item potest probari ratione: sicut se habet passum ad patiendum, sic agens ad agendum per conuenientem similitudinem: sed passum non solum patitur in superficie ut aqua ab igne sed etiam patitur in profundo. Dicendum ad quæstionem, quòd sol non agit caliditatem singulariter & diuisim sine alijs partibus a concauo lunæ usque ad connexum mobilis ultimi. Secundo dicendum, quòd sol calefacit ob id

F quia uniuersum cœlum constitutum ex omnibus orbibus, in cuius profundo est sol, habet principaliter calefacere uirtute solis. Primum probatur prima ratione facta in principio quæstionis, quia si hoc esset uel mediate uel immediate ageret: & recurratur illuc. Ratio secũdi. illa pars, quæ habet uirtutem calefaciendi fortiorem quam aliæ partes eiusdem uniuersi cœli constituti ex omnibus orbibus debet principaliter calefacere materiam subiectam: sed illa pars, in qua est sol, est huiusmodi. ut declaratum est: quia uniuersum cœlum non solum agit in superficie: sed etiam in profundo. Vnde dicit Commen. quòd sol inter omnes stellas magis habet de lumine, & magis uirtutem actiuam. ideo &c. Com.42.

ADRATIONEM primam. si sol &c. potest dici, quòd calefacit mediantibus alijs orbibus. Et cum dicitur. ergo illi calefierent a sole &c. dicendum, quòd non est necesse, quòd corpus extremum agens in aliquid mediante alio, quòd transmutet illa eadem trãsmutatione, qua agit, sed sufficit aliqua alia transmutatione transmutare. sicut Alexan. posuit exemplum piscis: qui uocatur stupor: G

qui stupefacit manum piscatoris mediante rheti: & tamen non stupefacit rhete: sed sufficit quòd transmutet ipsum aliqua transmutatione ut motu locali. Sic sol transmutat ista ad caliditatem mediantibus orbibus: & tamen non oportet calefacere orbes medios: sed sufficit transmutare transmutatione alia ut illuminare ea. Aliter potest dici, quòd totũ cœlum calefacit per uirtutem solis quæ est in eius profundo & sol non nisi ut pars calefacit, propterea non oportet ut tangatur continens a sole, sed a cœlo quod tangit ignem qui tactus tangit aerem usque ad nos. Ad secundum respondetur quòd sol lumine suo calefacit hæc inferiora propter magnitudinem eius ad ipsa. Et cũ dicitur. ergo omnia &c. dicendum secundum Commen. quòd omnia corpora cœlestia Com.42. habent calefacere quantum est ex parte luminis & motus. Sed si frigefaciant hoc est per aliam uirtutem, ut per complexionem, coniunctionem, & oppositionem: sed quæ sit uirtus illa uidebitur post. Ad tertium si sol &c. uerum est si H

sol immediate & singulariter calefaceret tunc tangere deberet, sed non sic agit. Sed pars aliqua corporis, in cuius profundo est sol & uirtus eius tangit ignem, & ignis postea tactus tangit aerem usque ad nos nam ut dictum est totum aggregatum calefacit per uirtutem solis,

I Quæstio. XII.

CONSEQVENTER quæritur. Vtrum aliqua corpora cœlestia faciant frigiditatem in inferioribus. Arguitur quòd non aucto-
1.c.li.42 ritate Com. in secundo huius. ubi dicit. dicere aliqua corpora cælestia infrigidare, est extra fundamentum: & est falsum: quia omnia uidentur calefacere. & si aliqua frigefaciunt hoc est in comparatione: quia caliditatem remissam & proportionabilem unicuique elementorũ & elementatorũ.

IN CONTRARIVM est auctoritas omnium astrologorum, qui dicunt, quòd aliqua corpora cœlestia calefaciunt: aliqua uero infrigidant, & in hoc conueniunt omnes astronomi præter Com. & idem uidetur
T.c.50. uelle Arist. secundo de gene. ubi dicit, quòd formæ omnium sunt in terminis, & terminos uocat corpora cœlestia, in quibus est terminus cuiuslibet rei naturalis.

SCIENDVM quòd Commen. uidetur te-
K nere partem negatiuam, quòd nullum corpus cœleste frigefaciat: sed omnia calefaciant: sed hoc tamen est diuersimode: quia faciunt caliditatem aliquam maiorem & aliquam remissam ut est conueniens cuilibet elemento & elementato ut dicit. & forte ratio, qua inductus fuit est hæc. Motus & lumen calefaciunt: sed omnia corpora cœlestia mouentur motu locali & uelocitate quæ requiritur ad motum, & etiam omnia corpora cœlestia habent lumen. licet aliqua magis & aliqua minus, & lumen agens est naturale: & unũquodque naturalium est determinatum ad unum producendum: quia in hoc est differentia inter agens naturale & agens per uoluntatem: quia unum habet se ad opposita: sed aliud est determinatum secundum naturam ad unum oppo-
T.c.8. sitorum & non ad ambo. & hoc uult Arist. 8. physi. sed lumen est unum agens naturale. ergo est determinatum ad
L unum oppositorum. cum ergo generet caliditatem, quod est unum oppositorum non generat frigiditatem, & tamen omnia corpora cœlestia sunt luminosa secundum magis & minus. ut dicit Commen. in de substantia orbis capitulo secundo. ergo nullum eorum frigefacit simpliciter, sed in comparatione. Et confirmatur fortius hoc ex septimo phy-
T.c.14. sicorum omnis alteratio fit secundum aliquam qualitatem sensibilem, sed unum corpus extremum non potest agere in extremum nisi mediante alio: quia mouens propinquum simul debet esse cum moto, quod non sit medium nec uacuum neque plenum. ergo si agit in extremum: tunc illud corpus, quòd mouet, oportet prius immutare medium, & id immutatum immutat alia inferiora. Hoc supposito arguitur. Si aliqua stella alteraret inferiora ad frigiditatem: hoc faceret mediante sphæra ignis quam prius
M tangit: quia ignis est in medio sub concauo lunæ: primo me-
Cap. 2. theo. ergo ignis prius alterabitur. Tunc quæritur, quæ sit qualitas illa, oportet enim quòd sit sensibilis, aut erit de
N primis aut de secundis. Sed ignis non potest alterari qualitate secunda ut albedine: quia illæ qualitates tantum sunt in mixtis. ut dicit Commen. secundo de anima & Arist. quarto metheororum ergo ignis non potest alterari ad qualitatem secundam. ergo oportet, quòd alteretur ad qualitatem primam. Sed uidetur, quòd ad nullam primarum qualitatum possit alterari: quia uel illa qualitas esset caliditas: uel frigiditas uel siccitas uel humiditas: sed si alteratur ad caliditatem, ut mediante ipsa frigefiat, hoc est absurdum: quòd mediante uno oppositorum per se fiat reliquum. nec alteratur ad frigiditatem: quoniam ignis in sphæra sua summe est calidus & in ultima perfectione. ergo non recipit frigiditatem. nec potest alterari ad siccitatem ut mediante ipsa frigefiat: quoniam ignis est actu siccus: & etiam in alijs est frigiditas sicut in humidis. nec alteratur ad humiditatem: quia non potest stare cum sicco in ultima perfectione sicut est ignis. Sed aliqui dicunt, quòd aliquæ stellæ infrigidant mediante spæra ignis, qui non alteratur ad aliquam qualitatem tangibilem, sed ad aliam ut ad lumen: ita quòd stella multiplicat lumen ad sphæram ignis: & mediante illo lumine infrigidat, dicendum, quòd hoc est falsum: quia lumẽ est naturale: & ideo non habet facere nisi unum contrariũ, cum ergo lumen calefaciat, non potest infrigidare. Ista O
opinio difficilis est ad tenendum. Vnde dicendum, nisi frigiditas causaretur ab aliquo corpore cœlesti, tunc non esset in genere qualitatum tangibilium: sed hoc est falsum: quia est species tangibilis. ut patet secundo de generatione. con- T.c.8.
sequentia patet: quia quod non ducitur ad causam primam agentem alicuius generis, non est in illo genere: sed corpora cœlestia sunt prima agentia naturalia formarum tangibilium &c. Item secundo. quod per se est causa causæ, est Lec. pri.
causa causati: quia hic est ordo naturalis. ut patet ex libro de causis, & octauo physicorum. formæ elementorum dedu- T.c.33.
cuntur ad corpora cœlestia ut ad agens, & non est aliquod corpus, cui non respondeat uirtus in corpore cœlesti, quia formæ inferiorum sunt in terminis, quia corpora cœlestia per se sunt causa generationis & corruptionis secundo de P
generatione, & formæ substantiales elementorum causan- T.c.50.
tur a corporibus cœlestibus, & sunt causæ qualitatum tangibilium ergo corpora cœlestia erunt causæ qualitatum tangibilium, & ex consequenti frigiditatis. Item tertio pri- T.c.18.
mus motor est causa frigiditatis, quia Commen dicit. 12. metaphy. quòd omnes potentiæ passiuæ, quæ sunt in materia prima sunt in motore primo actiue: sed deus immediate nõ est causa frigiditatis. ergo mediante instrumento, & hoc est cœlum secundum Commen. primo huius. est enim quasi liga- T.c.22.
mentum &c. Vnde propter istas rationes pars affirmatiua tenetur & dicitur, quòd stellæ aliquæ per se sint causa frigiditatis saltem remota. Vnde dicendum, quod hoc est probabilius per se, quod corpora cœlestia sint per se causa frigiditatis in inferioribus. unde sicut aliquæ stellæ calefaciũt: ita aliquæ frigefaciunt, & omnes astronomi dicunt hoc. Et sciendum, quod licet aliquæ stellæ frigefaciant, hoc non est per motum localem unde est motus: nec hoc est per lumen inquantum lumen: sed hoc est. unde tale, & talis corporis. Nam non est inconueniens: quòd uni debeantur diuersa accidentia alia & alia ratione risibile utique quamquam non debeatur homini inquantum animal: tamen sibi debetur in- Q
quantum tale animal, ut homo: sic & stella non frigefacit per lumen unde lumen: sed unde tale lumen scilicet saturni.

AD RATIONES. illud, quòd calefacit &c. dicendum quod lumen unde lumen absolute non frigefacit: sed lumen unde tale lumen, Ad secundum. si stellæ &c. non potest bene negari. unde oportet, quòd ignis alteretur ad aliquam qualitatem sensibilem, & illa qualitas est lumen:

A est lumen: quia stellæ aliquæ multiplicando lumen usque ad sphæram ignis frigefaciunt: non quod lumen per se & primo faciat frigiditatem: sed per se & secundario. Et tu forte dices hoc non ualet, quia sic etiã motus cœlestis unus sufficeret ad generationem & corruptionem: quia per se & primo facit generationem: sed per se secundario facit corruptionem. & sic non oporteret plures motus cœli esse: quod est falsum: & per hoc Arist. conuincit plures esse motus cœli: quorum unus est causa generationis: alter causa corruptio-
T.c.53. T.c.56. nis, ut patet octauo physicorum: & secundo huius. Ad hoc
& 12. met. dicendum, quod stellæ alterant ignem lumine, quod lumen
Com. 33. causat frigiditatem: non tamen unde lumen est, quia sic calefacit: sed unde tale lumen & illius stellæ, & per talem uirtutem, quæ est speculis naturæ &c.

B *Non est autem rationabile: eandem rationem habere uelocitates astrorum & magnitudines circulorum. Circulos quidem enim nihil inconueniens: sed necessarium analogice habere uelocitates magnitudinibus. Astrorum autem unumquodque quod in his non ualde rationabile: siue enim ex necessitate maiori circulo latum uelocius erit: palam quia & si transponantur astra in eos, qui inuicem circulos. Hoc quidem erit uelocius: hoc autem tardius. Sic autem non utique habebunt proprium motum:*
C *sed ferentur utique circulis: si uero a casu contingit.* Text. commen 44.

Quæstio XIII.



ONSEQVENTER quæritur. Vtrum stellæ per se moueantur. Arguitur quod sic, quod mouetur necessario,
Com. 15. mouetur per se primo post. sed stellæ necessario mouentur se-
T. c. 43. cundum Arist. in litera. Itẽ stellæ mouentur aut per se aut secundum accidens. per sufficientẽ diuisionẽ, sed non mouentur per accidens, quia quod
D per accidens ponitur, cõtingit nõ esse ex primo posteriorũ cõ. 18. Itẽ oẽ, q. mouet seipsum diuiditur in partem per
T.c. 30. se motam, & in partem per se mouentem octauo physicorũ, quia alio modo non uerificabitur aliquid mouere seipsum, ni
T.c. 17. si sic diuidatur: sed cœlum mouet seipsum, ut patet 8. physi. ergo habet partem motam: & non mouetur alia pars, nisi corpus cœleste cuius partes stellæ.
Oppositum uult Arist. in litera scilicet quod stellæ non
T.c. 51. mouentur per se.
SCIENDVM quod per se dupliciter accipitur. uno modo pro illo, quod dicitur secundum sui naturã:
E alio modo dicitur per se idest solitarie idest diuisim. hec distinctio habetur primo post. & quinto meta. quod conuenit Com. 9.
alicui per sui naturam: & si ponitur in diffinitione eius sic T.c. 13.
est primus modus: si non tunc est secundus modus. Tunc dicendum est ad quæstionem, quod stellæ mouentur per se primo modo idest per sui naturam, sed secundo modo non mouentur per se. rationes primi factæ sunt in principio quæstionis: quia illud mouetur per se, quod ex necessitate mouetur &c. Notandum ad probationem secundi. quod in orbe cœlesti sunt diuersi circuli, alij maiores: quia plus distant ab utroque polorum, sed minores sunt, qui minus distant a polis: & aliqui uolunt, quod isti circuli solum existant in orbibus secundum imaginationem ut articus, uel æquinoctialis circulus & non realiter. Sed hoc non ualet, quia isti circuli existunt realiter in orbe sed non actu sunt distincti. similiter ibi sunt partes lineæ continuatæ per puncta. Scien-
F dum quod circuli ulterius in motu habent proportionem secundum magnitudines, quia maior circulus uelocius mouetur, sicut maior uelocitas est in maiori magnitudine: & licet uelocitates sint in circulis secundum proportionem magnitudinum, tamen hoc non est in astris, quod stellæ habeant proportionem secundum magnitudinem circulorum, ita quod astrum habeat se in proportione ad aliud secundum proportionem sui circuli ad magnitudinem circuli alterius astri. Ratio huius. quia si hoc esset, uel esset casualiter, uel naturaliter. per sufficientem diuisionem sed non casualiter: quia hoc fit in paucioribus. modo in cœlo non est aliquid præter naturam, casuale non naturaliter: quia tunc si astra transmutantur de circulis suis: ut illud quod fuit in maiori circulo transmutetur ad minorem: & quod in minori circulo transmutetur ad maiorem: tunc uelocitates etiam transmutantur: & tunc ste motus non esset proprius et, cum transmutetur illa uelocitas. Ex hoc arguitur. si stellæ mo-
G ueantur per se idest diuisim & seorsum, tunc proportiones astrorum secundum uelocitates motuum essent secundũ proportiones magnitudinum circulorum: sed hoc est falsum: quia supposito, quod stellæ mouentur per se: tunc deberet esse secundum proportiones magnitudinum circulorum. consequentia patet: quia astra æqualiter reuoluuntur in circulis ad motum circulorum: quia sicut circuli reuoluuntur ab eodem puncto in idem: & sic astra in circulis. ergo oportet quod proportio astrorum esset secundum proportionem magnitudinum circulorum: & tunc esset cõtradictio: quoniam esset proportio motuum astrorum secundum proportionem magnitudinum circulorum & non debet esse proportio sup-
posito quod per se moueantur secundum Arist. unde Arist. T.c. 44.
uult quod stellæ mouentur in orbibus sicut partes continuatæ toti. Item si per se idest diuisim mouerentur astra. uel mouerentur motu gyrationis uel motu uolutationis: per sufficientem diuisionem. non primo modo. Vnde notãdum, quod
H motus circumgyrationis & uolutationis differunt in comparatione axium & polorum ad nos: quia aliquis circumgyratur si mouetur super axem, cuius unus polorum est uersus nos in superficie: sed motus uolutationis est si mouetur super axem, cuius polus non est in superficie uersus nos: sed in alia parte ubi axis tangit orbem, continuatur ei: sed neutro modo uidetur: quia maxime uideretur in sole: qui uide-

I tur tremere & facere tremorem propter distātiam ad nos & splendorem. ergo non circungiratur. similiter non mouetur motu uolutationis: quia si hoc esset tunc uideretur uerti: quia facies, quæ iam est uersus nos: postea esset ad aliam partem: sed hoc non uidetur: quia semper in luna eadem facies est uersa uersus nos ut macula &c. Item si stellæ essent natæ moueri per se, tunc natura dedisset eis organa cōsequentia ad motum: sed non habent talia organa: quia sunt sphericæ figuræ. non enim inflexiones & incuruationes aliquas sicut animalia, quæ mouentur localiter: & tamen dignius esset ea habere quam inferiora animalia, cum nobiliora sint eis.

RATIONES procedunt uijs suis, quia probant quod mouentur per se idest per sui naturam, & nō per accidens pure: & hoc concessum fuit.

Quæstio. XIIII.

K CONSEQVENTER quæritur propter dictum Commentatoris. Vtrum corpora cœlestia differant specie, aut sint eiusdem speciei indiuidua, & arguitur quod non sint indiuidua eiusdem speciei: quia corpora cœlestia illo modo differunt quomodo
T.c. 49. motores eorum differunt. per Commentatorem secundo huius loquentem de conuenientia & differentia huiusmodi corporum cœlestium: sed motores nō differunt numero. probatio. quoniam sunt separati a materia, & in illis non est multiplicatio indiuiduorum per Commen. primo huius. &
Com. 90. T. c. 49. 12. meta. ergo motores differunt specie: & per consequens corpora cœlestia. Item in substantijs separatis in identitate numerali: non debet esse pluralitas in eadem specie, quia multitudo indiuiduorum sub eadem specie est: ut res perpetuentur eædem in specie, quæ non possunt perpetuari in nu-
T.c.14. mero: ut patet secundo de anima: sed corpora cœlestia sunt
L perpetua in identitate numerali primo huius. ideo &c.

T.c.20. Item tertio. illa, quæ differunt essentialiter, sunt ordinata, & non solum differūt sicut indiuiduum eiusdem speciei: sed etiam differunt specie: quia indiuidua eiusdem speciei nō sunt essentialiter ordinata, sed accidentaliter, aliter non es-
Com. 6. set processus in infinitum in eis, ut patet secundo meta. ergo per oppositum, in quibus non est processus in infinitum sunt essentialiter ordinata, sed corpora cœlestia sunt essentialiter ordinata. probatio: illa sunt essentialiter ordinata, quorum ordo consideratur in scientia, quia eorum, quæ sunt accidentaliter ordinata ordo non consideratur in scientia: ut ordo platonis ad sortem. & hoc patet primo poste. & 7. meta.
T.c.53. sed ordo corporum cœlestium consideratur in scientia scilicet quod una sphærarum sit prima, & alia media, & alia ultima: & maxime hoc consideratur in astronomia: quia di-
M cunt, quod sphæra stellarum fixarum sit prima post hanc sphæra Saturni, & post hanc Iouis & sic deinceps.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Cōmentatoris in secundo huius. in duobus locis dicit, quod cor-
Com. 49. & 59. pora cœlestia sunt indiuidua eiusdem speciei: & non sunt diuersæ species in eodem genere contentæ, & hoc dicit reprobando Auic. qui uoluit, quod corpora cœlestia non essent eiusdem speciei. Vnde dicit, quod ratiocinatio de luna per quam Arist. probat stellas non moueri per se & diuisim nō

N est exemplum: sed demonstratio fundata super hoc, quod corpora cœlestia sunt indiuidua eiusdem speciei, & non genere ut putauit Auic. Et potest sumi ratio Commen. Si corpora cœlestia differrent specie, & conuenirent genere: tunc essent composita ex genere & differentia realiter, & essent generabilia & corruptibilia: sed hoc est falsum primo huius. & 8. physicorum. Consequentia est nota: quia substā- T.c.20. 8. phy. a princ. per longum proces.
tia composita ex genere & differentia est corruptibilis, cū sit composita ex materia & forma. Hoc etiam probatur auctoritate Arist. primo huius T.c.5. quia ex intentione eius est, ut uidetur, quod sint indiuidua eiusdem speciei, quia cum distinxisset motus & corpora mobilia simplicia in corpora cœlestia quæ mouentur circulariter, & alia quæ mouentur motu recto: ulterius distinxit illa, quæ mouentur motu recto ut a medio: & ad medium, & non distinxit corpus circulare. ergo per hoc uidetur innuere quod conueniunt specie, quia aliter distinxisset ea, si differrent specie sicut distinxit alia.

NOTANDVM ad euidentiam quæstio- O
nis, quod species potest accipi dupliciter. Vno modo pro quacunque quiditate per se diuersa ab alia. & quod hoc sit uerum patet ex intentione Arist. 5. meta. capitulo de his quæ eadem et quæ diuersa sunt ubi dicit quod uno modo dicūtur diuersa, quæcunque sunt in eadem substantia habentia diuersitatem adinuicem. Ex hoc sequitur quod. 9. prædicamenta accidentium sunt diuersa specie, quæ sunt in eodem subiecto & habent diuersitatem adinuicem. Alio modo species accipitur pro aliquo prædicabili sub genere uniuoco sicut in Porphyrio & in prædicamentis: & hoc modo 9. prædicamenta non sunt species: quia non ordinantur sub genere uniuoco: & hoc patet in prædicamentis: quia non habent aliquod genus supra se: & tamen sunt diuersæ species primo modo accipiendo speciem. Modo cum quæritur, utrum corpora cœlestia sint diuersa specie uel indiuidua speciei Commentator respondet quod non sunt diuersæ species accipien- P
do speciem pro prædicabili sub genere. Secūdo diceret, quod sunt diuersæ species primo modo accipiendo speciem. Ratio primi tacta est secundum Commentatorem: quia si essent di- Com. 49.
uersæ species secundo modo tunc essent composita ex materia & forma: sed hoc est falsum: quia tunc essent generabilia & corruptibilia: & tunc aliqua corpora essent priora eis: quia omni corpore generato necessario est aliquod corpus prius. consequentia accipitur pro manifesta: quia secundum eum species uere uniuocæ componuntur ex genere & differentia tanquam ex materia & forma: sed quod est compositum ex materia & forma secundum eum habens contrarium necesse est corruptibile esse. Ratio secundi. quia dicit Commentator, quod orbes corporum cœlestium eodem Com. 49. in hoc.
modo diuersificantur sicut motores eorum: quia dicit, quod motores siue naturæ mouētes ea cōueniunt huiusmodi cōue- Q
nientia, et differunt huiusmodi diuersitate scilicet qua cōueniunt uel differunt corpora cœlestia: sed naturæ mouentes ea differunt specie idest sunt essentiæ distinctæ & substantiæ: quia in separatis a materia non ponuntur accidentia, quibus distinguantur. Et sciendum quod Commentator dicit, q. in corpore cœlesti sunt diuersæ partes & motus, sed diuersitas partium & motus in corpore cœlesti est demonstratio diuersitatis dextri & sinistri: sed dextrum &

sinistrum

A similarum sunt in eadem specie, unde non obstante, quòd homo sit eiusdem speciei. tamen sunt in eo diuersæ partes & motus. Sic in corpore cœlesti. unde omnia corpora cœlestia sunt unius orbis, quia habent unum motum primum, & primum motorem, & licet sit unus orbis, tamē habet diuersas partes & motus ut ab oriente in occidens: & econuerso. Item sciendum, cum dicimus corpora cœlestia esse per se in eadem specie, nos debemus intelligere conuenientia in specie secundum prius & posterius non secundum uniuocationem, Quia aliqua dupliciter conueniunt in specie idest quòd participant unam essentiam: tamen unum per prius, & aliud per posterius, quia una pars est prior: alia uero posterior secundum illam essentiam: sicut ex diuersis membris fit unum animal: cuius unum membrum est nobilius secundum dispositionem illius: ut cor est prius omnibus partibus animalis, & sic ex omnibus orbibus fit unus orbis, cuius una pars est prior & nobilior alia: & ista non sunt unum secundum uniuocationem, & secundum unam rationem prædicabilem.

B Alio modo aliqua conueniunt in specie secundum uniuocationem: quia participant unam rationem. Sed dubium est. quia uidetur, quòd ratio Commentatoris non ualeat, quia si est bona, tunc per eandem rationem probatur, quòd corpus commune non est genus ad corpora cœlestia & ad generabilia & corruptibilia, quia si esset genus, tūc cœlum esset compositum ex genere & differentia realiter & ex materia & forma. Aliud dubium est, quia si corpora cœlestia essent eadem realiter in specie secūdum prius & posterius & non secundum uniuocationem: tunc ratio Arist. non haberet efficaciam: quia Aristo. probat corpora cœlestia esse sphærice figuræ. modo si inest aliquid uni non oportet inesse alteri, nisi sint indiuidua eiusdem speciei: ut si oculus est sphæricus, non oportet quòd nasus sit sphæricus: quia non sunt eiusdem speciei: tamen Arist. uidetur sic probare secundum Commentatorem sphæricitatem unius astri: quia corpora cœlestia sunt sphærica. ergo uidentur esse eiusdem speciei uniuocæ: & per consequens accidens quod inest uni eorum, & reliquo.

C Ad primum cōceditur, quòd per eandem rationem probatur, quòd corpus commune non sit genus ad corpus generabile & cœleste. hoc patet per Com-
Com.26. men. x. meta. ubi dicit, quòd corpus, quod dicitur de æterno & generabili non dicitur secundum uniuocationem, sed secundum prius & posterius: quia dicitur per prius de corpore cœlesti. Sed dices, quod cœlum & partes eius sunt in prædicamento substantiæ. dicendum, quòd nō sunt in prædicamento substantiæ per se & directæ ut genus & species, sed per reductionem ut materia & forma sicut principium, sic corpora cœlestia sunt in prædicamento substantiæ per reductionem: ut principia agentia et ut fines, unde etiā substantia in communi non est genus ad substantias æternas & generabiles: sed est analogum.

D Ad aliud dicendum, quòd de numero dispositionum accidentalium, quæ insunt partibus eiusdem totius, quædam sunt accidentales & separabiles. de illis non oportet, quod si una insit uni parti quod alia insit reliquo: ut non oportet si oculus habeat perspicacitatem quòd similiter & nasus: sed aliæ sunt essentiales & inseparabiles partibus eiusdem totius: & de talibus oportet, quòd si una dispositio insit uni parti ut insit alij parti eiusdem essentiæ: ut risibile omnibus hominibus inest. modo figura est de numero dispositionum essentialium. E ergo potest probari per hoc, quod uni parti inest sphærica figura in corporibus cœlestibus & omnibus inesse. Vnde uidemus in corpore hominis: quòd omnes homines necessario conueniunt in una figura & dispositione: quia omnes homines sunt sphæricæ figuræ saltem in extremitatibus membrorum: ut dicit Arist. in problematibus: quia non habent figuram triangularem uel quadrangularem.

AD RATIONES corpora cœlestia &c. conceditur, quòd Commen. sic concedit. Et cum dicitur motores &c. dicendum quod si species accipiatur pro prædicabili sub uno genere non est uerum: quia non ponuntur in genere: sed secundo modo bene sunt species diuersæ idest quidditates diuersæ. unde non sequitur: si sunt quidditates diuersæ, quod sint species diuersæ prædicabiles sub uno genere: sed econuerso bene sequitur. sic est in proposito. Sed dices tamen intelligentiæ sunt in prædicamento substantiæ, dicendum quod non per se & directæ in prædicamento substantiæ: sed tantum per reductionem ut principia. F

Ad secundum in substantijs perpetuis &c. uerum est si sunt sub una specie secundum uniuocationem, sed tamē possunt esse plura si conueniunt in una specie secundū prius & posterius. Et cum dicitur. corpora cœlestia &c. uerum est: & tamen non conueniunt in specie prædicabili sub genere: sed conueniunt in specie secundum prius & posterius.

Ad tertium quæ sunt essentialiter &c. uerum est non sunt eiusdem speciei secundum uniuocationem: tamen possunt esse partes eiusdem naturæ, & essentialiter ordinata secundum prius & posterius, unde corpora cœlestia per se & essentialiter sunt ordinata secundū prius & posterius.

¶ *Hæc autem uelut adiacet. Omnis autem finiti corporis ad finitum uirtus est.* G
Sed de circulari quidem motu latis astris dictum est: qualia quidem secundum substantiam sunt: & secundum figuram: & de latione: & ordine ipsorum.

Tex. com. 71. Quæstio. XV.



ONSEQVENTER quæritur circa sequens capitulum. De positione igitur &c. Vtrum uirtus corporis finiti debeat esse finita. Et arguitur quòd non: quia si uirtus cuiuslibet corporis finiti esset finita: tunc omne corpus finitum esset generabile & corruptibile: sed hoc est falsum: quia corpus cœleste est finitum. ex primo huius. & tamen est ingenerabile, & incorruptibile: ut patet ibidem. consequentia patet: quia nihil potest durare in infinitum per uirtutem finitam: quia quod potest durare per tempus infinitum est ingenerabile & incorruptibile. H. Com. 35. T. c. 20.

Oppositum uult Arist. in litera: qui dicit, quòd omnis corporis finiti uirtus est ad finitum, & etiam dicit 8. physi. T. c. 79.

I quod mouens finitum non potest mouere per tempus infinitum. ergo uult habere, quod in corpore finito non potest esse uirtus infinita. Idem uult Commentator in de substantia orbis cap. 3.

NOTANDVM quod duplex est uirtus, uel potentia. una est ad esse: & illa potest esse dupliciter in corpore. Vno modo per materiam partem sui, sicut in inferioribus. Alio modo non per materiam partem sui. sed per substantiam suam simplicem. Alia est potentia ad motum.

Notandum, quod potentia ad motum potest intelligi finita uel infinita dupliciter. Vno modo secundum durationem cuius duratio non habet principium & finem, sed semper fuit & erit. Sed potētia infinita secundum uigorem est, quæ non est limitata & determinata ad determinatam uelocitatem: sed semper potest plus uelocitare in infinitum, & semper maius facere quàm illud quod fecit, & per oppositū intelligatur de potentia finita ad motum dupliciter sic. Illa,
K quæ est finita secundum uigorem est limitata & determinata ad determinatum motum: quod non potest magis. Vnde uigor dicit uirtutem relatam ad motum determinatum & ue
T.c.87. locitatem, & hoc habetur per Commentatorem 8. physico. sed potentia finita duratione est, quæ habet principium & finem in duratione eius. Tunc dicendum est ad quæstionem primo, quod cuiuslibet corporis finiti, quod habet potentiam ad esse per materiam partem sui, est finita potentia secundum durationem. Secundo dicendum, quod uirtus corporis finiti, quod habet potentiam ad esse non per materiam partem sui: sed per simplicem substantiam, habet potentiam infinitam in duratione. Tertio dicendum, quod cuiuslibet corporis finiti est finita potentia secundum uigorem ad motum. Quarto, quod uirtus corporis finiti, quod habet potentiam ad motum, potest habere potentiam infinitam secundum durationem ad motū. Ratio primi. Omne corpus, quod
L habet potentiam ad non esse: eius potentia est finita ad esse, quia corruptibile necessario corrumpitur: quod potest non
T.c.121. esse aliquando non erit. primo huius. Sed quodlibet corpus finitum, quod habet potentiam ad esse per materiam partem sui habet potentiam ad non esse: quia contrariorum eadem est materia: & forma in materia habet contrarium: atque
Com. 20. talis est corruptibilis: ut dicit Commentator primo huius. Ratio secundi. illa substantia, quæ non habet contrarium, potest esse per tempus infinitum & dico nec cōtrarium per se nec secundum dispositiones accidentales, ut patet primo
Com. 20. huius: quia omnis corruptio est a contrario: sed aliqua substantia simplex non habet contrarium: sicut cœlum ut patet
Com. 20. primo huius. Item secundo quod mouetur per se potest durare in infinitum, & habet potentiam infinitam ad essendum. & dico potentiam coniunctam actui: quia non ens non mouetur: sed cœlum mouetur perpètuo ergo &c. quia nullus motus est perpetuus nisi circularis: ut ibi probatum est.

Sed notandum, quod potentia ad esse est duplex scilicet remota, & coniuncta actui. modo corpus, quod semper mo-
M uetur, non habet potentiam remotam ad esse: quia tunc non esset aliquando: sed habet potentiam coniunctam actui: quia per totum tempus infinitum habet esse, & potest esse. Ratio tertij. si esset aliqua uirtus ad motum infinita secundum uigorem, tunc moueret in non tempore: sed hoc est falsum, quia motus uerus habet prius & posterius & illa non sunt sine tempore 8. physico. consequentia patet. ut Arist. declarauit in primo supponendo duo. primo, quod cuiuslibet uir- N T.c.10.
tutis mouentis est proportio ad aliam uirtutem mouentem. T.c. 51. & 52.

Secundo suppono, quod proportio unius temporis, in quo fit motus, est ad tempus alterius motus secundum proportionem uirtutis mouentis ad aliam uirtutem mouentem. Ex hoc arguitur. si esset aliqua uirtus infiniti uigoris secundum motum, uel moueret in instanti uel in tempore. non in instāti, quia hoc est contra naturam motus, cum motus habeat prius & posterius, quæ non sunt sine tempore, in quo fit motus non in tempore, quia tunc tempus illius motus haberet proportionem ad tempus finiti motus sed illud non potest esse: quia illa proportio non est nisi secundum proportionē uirtutis mouentis ad aliam uirtutem mouentem: sed uirtutis mouentis infinitæ secundum uigorem non est proportio ad aliquam uirtutem mouentem finitam: quia finiti ad infinitum nulla est proportio. ex primo huius. Ratio quarti. si aliquod T.c.52.
corpus finitæ magnitudinis est infinitæ durationis multo magis mouens potest esse infinitum secundum durationem, quia O
mouens & agens præstantius est passo & moto tertio de T.c. 19.
anima. sed aliquod corpus finitæ magnitudinis est infinitæ durationis ut corpus cœleste: quod est finitæ magnitudinis & ingenerabile, & incorruptibile. ex primo huius. Itē T.c.20.
uirtus separata a materia uidetur esse infinitæ durationis: quia sicut inclusio materiæ est causa generationis & corruptionis sic abscissio a materia est causa perpetuitatis: ut di-
cit Commen. primo huius: uel saltem arguit perpetuitatem: T. c. 80.
sed aliqua uirtus est separata a materia: ut primus motor
ut patet 8. physico. & .12. meta. cum moueat motu non con- T.c.41.
tinuo & perpetuo: ut patet 8. physi. quod non esset, si esset T.c.54.
uirtus in corpore.

AD ARGVMENTVM si cuiuslibet corporis &c. uerum est, si esset finita per materiā partem sui, sed si finita secundum uigorem ad motum non sequi-
tur. Et cum dicitur inconueniens &c. respondetur quod po- P
test esse infinita duratione ex substantia simplici non ex materia quæ sit pars sui, & sic est in potentia coniuncta actui sicut etiam cœlum est quantum & figuratum & infinitum secundum durationem.

¶ Reliquum autem de terra dicere, ubi existat posita: & utrum quiescentium aut motorum: & de figura ipsius.

Tex. com. 72. Quæstio. XVI.



CONSEQVENTER quæritur circa capitulum de terra. Vtrum terra sit in medio mundi. Ar-
guitur quod non. Nobilissimi elemen- Q
ti debet esse nobilissimus locus, quia locus debet esse proportionatus lo- T.c.28.
cato quarto physicorum sed ignis est nobilissimum elementum: quia est maxime actiuum & formale: & locus medius est nobilissimus: quia secundum Arist. in de morte & uita: regio media est principalitatis. Item nullum corpus potest esse in indiuisi

bili

A bili ſicut in loco: quia locus eſt æqualis locato quarto phyſi.
ſed indiuiſibile non eſt æquale corpori: ſed terra eſt corpus,
& medium mundi eſt indiuiſibile: cum ſit punctus, a quo om
nes lineæ ductæ ad circunferentiam ſunt æquales. Item
tertio ponatur, quod ignis minimus ſit in medio mundi, &
non ſit ibi prohibens a motu, quod detineat ipſum: tunc quæ
ritur utrum ignis ibi exiſtens mouetur uel non. ſi non moue
tur tunc ille locus eſt ei naturalis & non eſt terræ natura-
lis, quoniam unus locus naturalis non eſt plurimum corpo-
rum, ſi mouetur: tunc mouetur ad unam partem mundi, uel
mouetur ſimul ad diuerſas partes ut ad oriens & ad occi-
dens ſurſum &c. non poteſt dici quod moueatur ad unam
partem determinate: quia qua ratione moueretur ad unam
partem, eadem ratione ad aliam: cum æqualiter diſtet ab
omnibus & ſic non eſt ratio quare plus moueatur ad unam
partem quam ad aliam, nec poteſt dici, quod moueatur ad
omnes partes ſimul: quia non eſt poſſibile unum corpus mo
B ueri ad diuerſas partes ut ad oriens & occidens: meridiem
& ſeptentrionem.

Oppoſitum uidetur uelle Ariſt. in iſto cap. quia uult, q.
terra ſit in medio naturaliter & quieſcat ibi. & idem uult
Commentator.

DICENDVM quod terra eſſe in medio
mundi poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quod ſic in me-
dio mundi tanquam in extrinſeco continante & circunſcri-
bente ipſam. Secundo modo ita, quod medium terræ ſit me-
dium mundi, & quod idem ſit medium mundi & medium
terræ. Tunc dicendum eſt primo ad quæſtionem, quod
terra non eſt in medio mundi primo modo, ſed dicendum ſe-
cundo quod eſt in medio mundi ſecundo modo. Ratio primi.
nullum indiuiſibile ut extrinſecum poteſt continere diuiſibi
le, ſed medium mundi eſt indiuiſibile: quia punctum, a quo
omnes lineæ ductæ ad circunferentiam ſunt æquales: ſed ter
C ra eſt diuiſibilis. Ratio ſecundi. conſtat quod terra undecun
que mouetur, ad medium mouetur, & non ceſſat motus eius
quouſque ueniat ad medium mundi: & medium eius fiat me
dium mundi: & hoc dicit Ariſt. in litera. & huius ratio
eſt, quia cum motus terræ fiat deorſum: uel eſt in infinitum
uel ad determinatum locum ut ad medium mundi. Sed du
bitaret aliquis, utrum terra ſit in aliquo extrinſeco continē
te ipſam. Ariſt. reſpondet quarto phyſi. quod terra eſt in ſu
perficie concaua aquæ tanquam in continente, unde hic eſt
ordo, quod terra eſt in aqua: aqua uero in aere, aer uero in
igne, ignis in cœlo: cœlum amplius non eſt in alio. Sed
a num dubium eſt, certum eſt, quod aqua habet grauitatem.
modo aliqua pars terræ non eſt cooperta, ut illa ubi habitāt
animalia, ergo uidetur, quod medium terræ non eſt medium
mundi: quia ex quo terra in una parte eſt ſuper aquam &
D aqua eſt grauis in illa parte, ubi aqua eſt ſuper terram, quia
grauis eſt, depellit & extrudit terram a ſuo loco uerſus il-
lam partem, ubi non eſt aqua, & tunc medium eius non eſt
medium mundi, quia graue ut aqua non habens impediens
mouetur deorſum. Et conducit terram extra medium uer-
ſus aliam partem. Dicendum quod aqua habet grauitatem
etiā in loco ſuo, tamen grauitas aquæ non eſt tanta in mo-
uendo terram extra medium, quin terræ grauitas ſit for-
tior in reſiſtendo. unde ſi aqua eſſet tam grauis ut terra, tūc
ratio bene concluderet.

AD RATIONEM nobiliſſimi &c. E
conceditur. Et cum dicitur. ignis &c. uerum eſt. ergo ha-
bet locum nobiliſſimum. Et cum dicitur. quòd iſte medium
eſt &c. Dicendum, quòd medium eſt duplex. quoddam eſt
magnitudinis, quod æqualiter diſtat ab extremis magnitu-
dinis: ut in homine umbilicus eſt medium magnitudinis, quo
niam diſtat tantum a pedibus quantum a capite. Aliud
eſt medium rei, & eſt quod æqualiter influit alijs partibus
per æque diſtantiam influxus: ut in homine cor eſt medium
rei: ſed non eſt medium magnitudinis, quia non æqualiter di
ſtat ab extremis: quia plus declinat ſurſum quam deorſum,
& plus ad ſiniſtram quam ad dextram, ſed medium rei eſt
medium influentiæ, quoniam omnibus partibus influit ſecun
dum exigentiam cuiuslibet membri, ſecundum quod natum
eſt illud, modo medium mundi eſt magnitudinis, quia æquali
ter diſtat ab omni parte circunferentiæ mundi: ſed cœlum
eſt medium rei, & locus eius eſt medium influentiæ, quia in
fluit uirtutem & operationem omnibus, ſecundum quod na
tura cuiuslibet nata eſt recipere ſecundum magis & mi- F
nus, modo terra eſt in medio magnitudinis, & hoc non eſt
nobiliſſimum: ſed cœlum in cuius concauo habet eſſe ignis.
Ad ſecundum nullum corpus &c. uerum eſt tanquam in
extrinſeco continente, ſed bene eſt in eo, ita quod medium
eius ſit illud: & ſic eſt terra in medio mundi idest quod mū
di medium eſt terræ medium realiter, ſed tantum differunt
ratione, quia idem centrum & punctum in comparatione ad
terram inquantum ab illo puncto omnes lineæ ductæ ad cir-
cunferentiam terræ ſunt æquales eſt medium terræ, ſed me
dium eſt mundi in comparatione ad cœlum, inquantum om-
nes lineæ ductæ ad circunferentiam cœli ſunt æquales: &
ſic eſt hic. Ad tertium dicendum, quod ſuppoſitio eſt im-
poſſibilis: & ideo non mirum, ſi ex ea ſequitur impoſſibile,
tamen dicendum, quod cum dicitur ponamus &c. dicendū,
quod ſi loqueremur de igne non minimo, & tunc poneretur
in medio mundi: & ſi non eſſet impediens motum eius, tunc
moueretur non ſimul ad unam partem: ſed diuideretur: & G
moueretur una pars ad iſtam partem: & una ad iſtam cir-
cunferentiam proportionalem ſibi, quæ eſt ei plus propin-
qua, ſed ſi poneretur ibi ignis minimus indiuiſibilis tunc eſt
ibi difficultas. Vnde dicendum eſt quod ſi poneretur ibi,
tunc eſſet ibi implicatio contradictionis: quia moueretur. &
non moueretur inquā, cū eſſet extra locū ſuū. ſi nō eſſet ali
quid impediens ipſum a motu ſuo. ergo moueretur inquantū
eſt de ſe, ſed non moueretur: quoniam non eſt ratio, quare
plus ad unam partem moueatur quam ad aliam: ſed non po-
teſt ſimul ad omnes partes moueri, cum ſit indiuiſibile, &
unum corpus ſimul nō mouetur ad diuerſa loca quarto phy.
& primo huius, & contradictio ſequitur ex impoſſibili po-
ſito. Aliqui dicunt quod una pars eius moueretur ad unam
partem circumferentiæ, & alia ad aliam partem: ſed hoc nō
ualet, quia ille ignis non poteſt diuidi in plures ignes actu
ſeorſum exiſtentes: licet poſſet diuidi in infinitum in poten- H
tia ſecundum partes in toto exiſtentes. unde formæ
naturales ſunt diuiſibiles in infinitum in toto
ſed non ſeorſum & diuiſim exiſtentes,
& quia iſte ignis ſupponitur eſſe
minimus ideo erit indi
uiſibilis.

I ¶Cum quidem igitur fiat ex aqua aer: et ex graui leue uenit in sursum. Simul autem est leue, & non amplius fit: sed ibi est, manifestum itaque quod potentia ens in actum ueniens, uenit illuc: & ad tantum & tale ubi est endelechia & quanti & qualis & ubi. Eadem autem causa est, ut ea quæ iam existunt atque sunt terra et ignis moueantur in ea quæ ipsorum loca nullo impediente. Etenim nutrimentum cum prohibens & sanabile cum retinens non sit: fertur confestim, Tex.com.25.

K Quæstio XVII.



CONSEQVENTER quæritur circa quartū. Vtrum grauia & leuia moueantur a generāte. Et arguitur quod non: quia mouens debet simul esse cum eo quod mouetur septimo physicorum, quia inter T.c.10. mouens propinquum & motum nihil debet esse medium, nec plenū nec uacuum: sed generans non est simul cum graui, quando actu mouetur: quia quando actu mouetur, ut lapis detentus sursum, quando mouetur deorsum, generans ipsum potest esse corruptum similiter si non est corruptum potest esse non tā gens ipsum, quia generans ipsum est in mineris in terra: ut 4.cont. patet tertio metheororum in fine.

T.c.22. Oppositum uult Aristo. qui dicit, quod grauia & leuia L moueantur, quia quod est factiuum grauis & leuis est motiuum eorum. Idem uult in 8. physi.

T.c.32. SCIENDVM quod motus est actus entis in potentia tertio phy sicut ergo habet potentiam diuersi- T.c.6. mode ad motum: ita indiget mouente multipliciter & diuersimode. Vno modo est in potentia essentiali. Alio modo in potentia accidentali. & est aliquid in potentia essentiali generaliter loquendo, cui deficit quiditas uel forma requisita ad motum siue habeat contrarium siue non, sicut aqua actu est in potentia essentiali ad motum sursum, quia deficit habitus ut leuitas, quæ est principiū illius motus: & sic est in potentia essentiali ad essentiam uel ad operationem consequentem illam essentiam. sed aliquid est in potentia accidentali quod habet actu formam uel habitum, quem consequitur motus: tamen impeditur per accidens, ut per detinens, ut lapis detentus supra columnam: habet enim formam, quam consequitur grauitas, quæ est principium mouendi deorsum, & M tamen impeditur per extrinsecum detinens. Similiter ignis est in potentia accidentali ad calefactionem, quia actu habet formam, per quam potest calefacere sed impeditur per extrinsecum ut calefactibile. Tunc dicendum ad quæstionē quòd si loquamur de potentia essentiali, tunc grauia & leuia inanimata mouentur a generante, de potentia autem accidentali non mouentur a generante. Ratio primi. dans formam dat accidentia consequentia formam secundum Auer. N in isto quarto com.22. quia ab eodem datur forma generati, & omnia accidentia formæ: sicut dans animam hominis sibi risibile dat: sed generans dat formam generati: quoniam extrahit ipsam de potentia ad actum: sed motus est de accidentibus consequentibus formam. & sic intelligatur de motu leuis sursum: & dicit Commen. com.22. si generatur ex oleo ignis: quod fuit in potentia sursum: tunc quantum generans dat sibi de forma ignis, tantum dat de motu sursum: & quando completa fuerit ignis forma in oleo, tunc completus est motus in loco. Et notandum, quod licet generans, quod reducit graue de potētia essentiali ad actum, moueat ipsum: non tamen immediate sed mediante forma: quoniam inter mouens immediatum & motum non debet esse aliquod medium, sed generans mouet graue mediante forma, quā prius inducit: ut dicit Commentator. Et hinc habetur proprium istius motus: quia iste motus habet hoc proprium, quod per O ipsum res mouetur ex se: quia non mouetur a generāte extrinseco nisi mediante principio intrinseco ut forma. unde forma est principium intrinsecum motus grauis: quia quod mouetur ab extrinseco non mouetur ex se: ut si lapis pure mouetur ab extrinseco sursum non mouetur a principio intrinseco & per se. Ratio secundi. mouens propinquum & immediatum debet esse simul cum moto: & nullum debet esse medium nec plenum nec uacuum: sed graue actu potest moueri de potentia accidentali generante corrupto, uel adhuc existente, quod non est simul secum, ut generans metallum potest esse in mineris, & tamen iam mouetur deorsum in aere.

ADRATIONEM. mouens debet esse &c. uerum est, de eo quod mouet uere motu immediate. Et cum dicitur. generans &c. dicendum, quòd quando graue mouetur ex potentia accidentali: tunc non oportet generans esse simul cum moto, quia potest esse corruptum, sed si P mouetur ex potentia essentiali: tūc oportet simul esse usque quo totum factum est, & sic mouetur a generante, ut faciēs est simul cum facto, & continuum sibi & sic generans est simul: & tamen non mouet immediate sic: sed mediāte forma, sicut quodlibet habet accidentia propria mediante forma, et sic intelligitur de graui & leui,

¶Mouet autem & quod a principio fecit, & impedimentum remouens, aut unde resiliuit. Tex.com.25.

Quæstio. XVIII.

CONSEQVENTER quæritur. Vtrum graue & leue moueantur a remouēte prohibens. Arguitur quod non. In omni mobili Q mouens propinquum debet esse simul cum moto 7. phy. sed T.c.10. remouens non est simul cum graui moto actu deorsum: quia potest multum distare ab ipso, ut remouens columnam, quæ detinet lapidem. ideo &c.

Oppositum uult Arist. in isto.4. & 8. physi. quod graue T.c.3. in actu quando mouetur descendendo in aere, mouetur a re- T.c.32.

mouente

A uente probibens: & idem uult Commentator.

NOTANDVM quod graue in actu inquantum descendit dupliciter consideratur. Vno modo quantum ad initium motus. Alio modo quo ad partes posteriores initio motus. Tunc dicendum est ad questionem, quod graue in actu inanimatum quando descendit detentum superius, mouetur a remouente probibens quantum ad initium motus. Secundo dicendum quod quantum ad partes posteriores initio motus, non mouetur a remouente probibens sufficienter & immediate. Ratio primi. illud est causa motus grauis, quo posito in presente ponitur motus, & quo remoto & deficiente, non est motus: quia ex secundo phy. causa est, qua posita ponitur effectus, & qua remota remouetur effectus, sed presente remouente probibens puta columnam lapis descendit, & non presente remouente probibēs, lapis non descendit. ideo &c. Ratio secundi. In omni motu mouens propinquum debet esse simul cum moto: quia non de-

B bet esse medium, nec plenum, nec uacuum: & ita per nega-
T.c.10. tionem medij debent esse simul: ut patet 7. phy. et boc est magnum fundamentum: sicut dicit Commentator ibidem. sed remouens probibens contingit aliquando non esse cum graui: quod mouetur actu quātum ad partes posteriores initio motus, quoniam potest distare multum: ut patet ad sensum: ut si aliquis est superius, & facit lapidem cadere remouendo columnam, & ipse non cadit cum lapide.

AD ARGVMENTVM in omni motu &c. conceditur, si est mouens propinquū & immediatum & quum dicitur sed remouens probibens &c. dicendū quod quantum ad principium motus: tunc remouens probibens est simul cum moto: quia tangit ipsum remouendo impediens, sed quantum ad partes posteriores initio motus non est simul cum moto: quia sic non est mouens immediatum: ut dictum est in positione.

C ¶ *Quemadmodum dictum est in primis sermonibus; in quibus determinauimus, quod nihil horum seipsum mouet: propter quam igitur causam fertur latorum unumquodque, & ferri in sui ipsius locum quid est: dictum est. Tex. com. 25.* Questio. XIX.

CONSEQVENTER queritur. Vtrum graue inanimatum moueatur a uirtute naturali loci, ita quod huiusmodi uirtus sit principium effectiuū motus grauis deorsum: arguitur quod sic,

D quia manifestum est, quod graue actu motum deorsum, quanto plus appropinquat ad locum medium, tanto uelocius mouetur: quia motus naturalis uelocior est in fine. primo bu-

E ius. sed boc non esset nisi uirtus naturalis loci sui, esset prin- T.c.89.
cipium effectiuum motus deorsum.

OPPOSITVM uult Arist. in isto. 4. & T.c.29. T.c.32.
8. phy. & ubicunque inquirit Arist. de mouente, quod mouet inanimata grauia & leuia non inuenitur clare dicere principium effectiuum motus grauis et leuis uirtutem naturalem loci, sed dicit ipsa moueri a generante uel remouente probibens.

SCIENDVM quod aliqui dicūt, quòd graue in actu quando mouetur de potentia accidentali tunc mouetur a uirtute naturali deorsum. Similiter dicendum est de motu leuis in actu sursum. boc probauerunt per rationem prius inductam, & recurratur ibi. Sed illud non ualet: quoniam uidetur esse contra intentionem Arist. quia nunquam inuenitur ponere, ubi loquitur de mouente grauium & leuium inanimatorum uirtutem naturalem loci esse principiū effectiuum motus grauium & leuium sed dicit ubique, quòd

F uel mouentur a generante, uel a remouente probibens: ut de potentia essentiali a generante, & de accidentali a remouēte: & boc probatur ratione. Si graue inanimatum actu quādo mouetur deorsum moueretur a uirtute naturali loci, tunc si esset alius mundus, terra illius mundi non moueretur ad medium istius mundi: sed boc est falsum, & contra Arist. in primo huius. ubi probat non esse alium mundum, quia si esset T.c.77.
alius mundus: tunc graue ut terra illius mundi moueretur ad medium istius mundi. consequentia patet: quoniam uirtus loci est uirtus corporea, & mouet ad determinatam distantiam, & sic non moueretur ad medium huius mundi quia uirtus huius medij non moueret per aliam distantiam nisi per istam. Item mouens immediatum debet esse simul cum moto. 7. phy. sed quum lapis descendit deorsum, uirtus natura- T.c.12.
lis loci non est simul cum lapide: quoniam illa non est nisi in loco naturali. ergo si esset simul cum lapide, tunc lapis esset in loco naturali cum mouetur deorsum, & sic nunquam moueretur deorsum, nisi cum esset in loco naturali eius: sed boc est ridiculum, cum quiescat in loco naturali eius. Item il- G
lud est contra Commen. qui dicit, quod graue mouetur a sua in. 4. de cg
forma. unde forma mouet ipsum in quantum forma, & moue- lo. c8. 22.
tur inquantum est forma in materia, quam sequitur uirtus receptiua materialis, que est in materia.

ADARGVMENTVM graue inanimatum &c. conceditur: quoniam motus naturalis uelocior est in fine: & quanto propinquior est loco, tanto uelocius mouetur nisi sit aliquid probibens. Et cum dicitur. boc non esset &c. negatur, quòd istud sit quia effectiue moueatur a uirtute loci: sed prouenit inde, quia plures partes aeris insequuntur lapidem circa medium, quam in alio loco, que partes aeris uelocius impellunt lapidem ibi, propter boc lapis uelocius ibi mouetur. ideo non ualet.

FINIS. H



C.

CASTIGATINOES ERRATORVM

Pagina 2. col. 2. linea 14. comnibus, communibus, eadē pagina col. 2. linea 22. ter inter, eadem pagina col. 2. linea 27. nobilis nobilis, eadem pagina in margine sub linea. Q & G ut ubique cap. 1. c. 19. 2 eadem pagina col. 2. linea 45. qui dat intelligere quod hæc omnia uerba sunt delenda, eadem pagina linea 56. mediantibus, & mediis, eadem pagina col. 3. linea 1. & 2. sunt trāsmutationes æternæ, legi debet transmutationes sunt actiones temporales, eadem pagina col. 3. linea 21. infinita & æternum faciens, debet legi infinita media inter nouum dictum & æternum faciēs, eadē pagina col. 3. linea 27. tempus, usi tempus, eadem pagina col. 4. linea 43. ipsorum, ipsarum, pagina 3. col. 4. linea 33. accusent, accident, eadem pagina eadem col. linea 41. quia illa non permiscetur, hæc uerba sunt delenda pagina 4. col. 2. linea 19. habetur, non habetur, eadem pagina eadem col. linea 56. accipitur, accipiuntur, & linea 57. considerantur, considerantur pagina 5. col. 1. linea 32. non est diuisibile, est diuisibile, eadem pagina & eadem col. linea 55. sic linea, sicut linea eadem pagina col. 2. linea 17. adualitatis, a dualitatis eadem pagina col. 3. linea 19. hiperolem, hiperbolem, eadem pagina & eadem col. linea ultima ne substātiæ, nec substantiæ, eadem pagina col. 4. linea 44. cum dicitur, cum dicatur, pagina 7. col. 1. linea 22. reuolutiones, reuolutiones, eadem pagina col. 4. linea 55. componimentum, compositum, pagina 9. col. 2. linea 15. & 16. si species heberent diuersas naturas tunc haberēt, debet legi, si haberet diuersas naturas tanquam species tunc haberet, pagina 10. col. 1. linea 4. & dni. est dnis, pagina 11. col. 2. linea 12. exhaltatio, exhalatio, eadem pagina col. 3. linea 16. adhuc, adhoc pagina 12. col. 3. linea 44. item ratio, item probatur hoc ratione, eadem pagina & eadē col. linea 45. unde species, uelut species, pagina 15. col. 2. linea 49. diuersimo de, diuersimode eadem pagina col. 3. linea 41. per diuersas, sed per diuersas, pagina 19. col. 1. linea 11. de anima, tertio de anima, eadem pagina col. 2. linea 18. nobilior, nobiliores, pagina 30. col. 4. linea 8. causæ, eius, pagina 31. col. 2. linea 23. pluribus, plures, ibidem linea 36. mobilia, mobilia, eadem pagina col. 3. linea 55. super, semper, pagina 34. col. 4. linea 5. calidius, calidus, pagina 36. col. 4. linea 27. non continuo, continuo.

PATAVII

Jacobus Fabrianus Excudebat.

M. D. L.